maximas lachrymas prorupit: inter quaſ ſpūm emiſit & ſaluus factus eſt: ſi igitur lachryme nō habenť: debent a dño poſtulari. Figu. ioſue. xv. Suadente othomel aſe uxori ſue: ut apud patrē cōquereretur poſſeſſionem habere arentē: & per cōſequens ſterilē: caleph pater eiuſ dedit ſibi irriguū ſuperius: et inferiuſ. Spūaliter othomel interpretať ſignū: & denotat rōnis iudicium: ſuper qđ ſignatū dei lumen eſt: hoc ſuadet uolūtati dicens. Ecce cor noſtrū aridū eſt: ſuade patri tuo .ſ. chriſto: ut aliuꝫ tibi cōmutet. Et no. ꝙ caleph interpretať omne cor: et bene denotat xp̄um: qui eſt oīum cordiū inueſtigator. A d ipſum igiť ſi clamabis: dabit tibi irriguū ſupius: et inferius. Superiuſ per cōtemplationem celeſtiū: et inferius per meditatiōem gehenne: unde ab utro ꝑ irriguo deducentur lachrymaꝝ aque irrigantes cor noſtrum: & ad fructus penitentie fecundantes. Vnde greg. in regiſtro hec uerba tractans ait Irriguū ſuperius accipit anima cuꝫ lachrymis regni celeſtis deſiderio affligitur. Irriguum uero inferius accipit: cum inferni ſupplicia flendo pertimeſcit. Hec gregori. Hos igitur riuulos nobis dabit dñs: quibus duricies cordis noſtri mutabitur in moliciēꝫ: ideo ipſe dicit per eze. xxxvi. Auferam a uobis cor lapideum: et dabo uobis cor carneum. Fig.

Mulier da mihi bibere: io. iiii. Homo diu itinere fatigatus libēter declinat ad potum: nec pōt qcq̄ pro tūc delectabilius ꝓpinari ſibi. Spūaliter xp̄s continue diſcurrit per corda hoīum: & conſciētias fideliū arguendo: inſpirādo: & ſubſtinendo: ne deficiāt: et ex tali labore fatigatus ſit ſalutem noſtrā: ſed nihil ei delectabiliuſ iſit ſi ſua ꝓpinať lachryma cōpunctiōis. Ber. dulciores ſunt lachryme penitētiū delicijs regū: nā illis inebriatus xp̄us co D

Fig. pulatur aĩe. Figu. geñ. xxiiii. Puer abrae cognouit rebeccam eſſe debere uxorez iſaac filii dñi ſui ad idriam & ad ꝓpinatiõem aque: et ideo ad aures ſuas appendit donaria multa: & facta eſt uxor iſaac. Spũaliter puer abrae eſt ſermo diuiuſ preuidẽs fore aĩam ſpõſaꝫ filio dei ad cor plenũ lachrymaꝝ: et que eſt parata nõ ſolũ lachrymas ob xp̃i paſſionẽ effundere: ſed etiã ob ꝓximorũ cõpaſſionẽ. Ideo appẽdit ad aures ſuas donaria maxima: qa celeſtes cõſolatiões math. v. Beati qui lugent: qm̃ ipſi cõſolabuntur. Efficit̃ ſpõſa iſaac: qui interpretatur riſus: qa copulat̃ xp̃o: qui eſt riſus: & gaudiũ oium angeloꝝ: & ſic patet: q̃ precioſe ſint lachryme penitentiũ in cõſpectu dei. Vnde anſelmus in lib. de meditatiõibus. O pnie lachryma rutilãtior auro: ſplendidior ſole: reſpuiſ auaritiam: horres luxuriam: fugis furorem: firmas amorẽ: odis malitiam: cogis peccatorem omnia cõfiteri.

EIbite: et inebriamini: hiere. xxv. Gẽtes ſitientes libẽter uadũt: ubi credũt bene bibere. Nã inter oẽs delectationes uite pñtis ſenſibiles magis eſt ſitire: et bibere. Spũaliter xp̃s: et angeli eius multũ ſitiũt lachrymas penitentiũ: unde luc. xv. Gaudium eſt angelis dei ſuper uno pctore pniam agente: ideo cũ ingenti gaudio poſt peccatorẽ uadũt
Fig. lachrymaſ portãtem corde. Fig. luc. xxii. Diſcipuli de mandato xp̃i iuerũt poſt hoiem portantem amphorã aque: & in domo illius parauerũt paſcha dño. Spũaliter hõ amphorã aque portãs eſt pctõr penitẽs: cor lachrymis plenũ ferens: quẽ ſequẽtes angeli intrãt eius hoſpitiũ: et parant paſcha dño. Ideo ber. ſup can. Lachryme penitentũ uinum ſunt angeloꝝ: quia in ipſis

odor

odor uite: ſapor gratie: guſtus indulgētie ſanitaſ rede
untis: innocentie claritas: reconciliationis iocunditas
conſcientie ſuauitas.

Aqua exceptiōis ſanctificat: nume. xxxi. Mi F
niſtri menſe principū ante miniſtrationis of
ficium debent lauari: & loti miniſtrationis
officiū exercere: alioquin abhorrent eos dñi
ſi uident imundos. Spiritualiter nos fideles ſumuſ mi
niſtri menſe chriſti: qui intrātes eccleſiā accedimuſ ad
mēſam altaris: ubi ipſe cōuiuium ſuū parauit: ſibi. n.
miniſtramus orōes noſtras: & petitiōes nr̄as ſi loti ſu
mus & mūdi recipit libēter: ſi uero imūdi: et ſedi nos
r̄pellit. iſa. lxv. dicens. Recede a me ñ appinques mi
hi: qa imundus es: ideo anteq̄ uadam⁊: debemus abi
icere ueſtes imundas: & loti aqua lachrymaꝝ accede
re ad exercendū miniſterium noſtrū. Fig. exo. xl. Vbi Fig.
precepit moyſi dñs dicens. Applicabis filios aarō ad
fores tabernaculi teſtimonii: & lotos aqua indues ue
ſtibus ſanctis: ut miniſtrēt mihi. Spūāliter moyſes eſt
diuini uerbi predicator: qui eſt executor: & pronūcia
tor mandatoꝝ dei: aaron filii ſunt fideles chriſti. His
ergo predicator ſuadere debet: ut uenienteſ ad oſtiū
tabernaculi: ideſt ad penitentiam: que eſt eterne uite
porta ſtudeant per lotionem lachrymarum omnes
peccati ſordes detergere: & ueſte candida a ſacerdo
te per abſolutionem ueſtiti audacter ad menſam do
mini accedant: & propinent laudeſ debitas: atq; gra
tiarum actioneſ: quoniam placidi apparebunt in con
ſpectu dei: etiam ſi primo fuerant multis ſordibus in
uoluti: unde petrus rauenas. Quis in ſeculo peccauit
enormius paulo: quiſ in regiōe grauiuſ petro: illi tñ p
lachrymas: & pñiam meruerūt oſeq nō ſolū miniſteri

um:ſed magiſterium ſanctitatis.

G Niſi qs renatus fuerit ex aqua:& ſangui-
ne:&c.io.iii. Ex calido & frigido fit me
dicina tempata:que ualde ſanatiua no
ſcitur humani corporis:et ratio eſt:quia
ſanitas exiſtit in adequatiōe humorum
que eſt quedam temperies:ideo ſimile inducitur a ſi-
mili. Spiritualiter ex calido ſanguine ieſu xp̄i: & ex
frigidis lachrymis fit medicina multum anime noſtre
ſalutifera. Nam tante charitati chriſti:et tam caro pre
tio quis reſpondere poteſt?quis perſoluet ſibi: quod
ei dare tenemur:ſed hoc temperāt lachryme compun
ctionis. Nam ſi noſtra peccata ipſum cruci damnarūt
lachryme noſtre ipſum erga nos mitigant: unde ipſe
ait per prophetam:in quacunq; die ingemuerit pecca
Fig. tor:iniquitatum eius non recordabor amplius. Figu.
numeri.xix. Vbi legimus dominum precepiſſe filiis iſ
rael. Omnis inquit:qui tetigerit humane anime mor
ticiniū:& aſperſus non fuerit hac admixtione polluet
tabernaculum domini:et peribit ex iſrael: quia aqua
expiationis non eſt aſperſus: et ut pateat clariuſ expo
ſitio:no.q ex p̄cepto domini adducebat uacca ruffa
ſine macula:que nunq̄ portauerat iugum: & extra ca
ſtra in conſpectu oīum immolabat:& ex eius ſangui-
ne digito ſepties aſpergebatur circa foreſ tabernaculi
Inde ille:qui tetigerat anime morticiniu: aqua mix
ta cineris uacce:& combuſte aſpergi debeat. Spiritua
liter per hanc uaccam ſine macula:que iugum nō por
tauerat: ſubaudi puriſſimam carnem ieſu chriſti:que
nec maculata potuit eſſe actuali peccato: nec iugum
portauit originalis peccati. Hanc igitur cōmemorari
debemus extra hieruſalem ductam: & in monte cal-
uarie imolatam pro nobis in conſpectu oīum. Species
enim

enim aſpergunt̃ ſanguine illo tabernaculi: q̃a ſi diſtĩ
cte: & ordinate ɔfitemur fore ſeptẽ pctã capitalia: de
ſcendent in nos ſeptẽ principalia: & ſcti ſpũs dona: ſʒ
aſſumenda eſt aq̃ lachrymaꝝ: ſi debeat fieri expiatio:
& ꝓpitiatio ꝑ peccatis: q̃a niſi pẽiteat uite p̃terite: no
ua inchoari nõ põt: & q nõ fiet qđ dʒ: nõ obtinet: qđ
uult: requiritur cinis. i. imitatio humilitatis xp̃i: q di
cit: Diſcite a me: q̃a mitis ſum: & hũilis corde: igit̃ q
cunq; tetigerit morticiniũ anie. i. pctm̃ mortale: & ſic
nõ fuerit aſperſus ſanguine: uidelʒ: & aq̃ peribit đ po
pulo xp̃iano: & delebit đ libro uite: ergo cũ inmundos
nos eſſe cognoſcimus: ad remediũ paſſionis lachrymã
tes recurramus: & curabimur. Vñ ber. Paſſio tua dñe
eſt ultimũ remediũ: ſingulare refugiũ: deſinente ſapiã
iuſtitia non ſufficiente: ſubcũbentibus meritis: illa ſu
currit: cũ ergo defecerit uirtus mea: nõ ɔturbabor: nõ
diffidam: ſcio quid faciam: calicem. ſ. lachrymaꝝ ſa
lutaris accipiam: & nomen domini inuocabo.

d Eſiccauit dñs aq̃s maris. ioſu. ii. T ꝑe magni H
eſt⁹ cito deſiccant̃ aq̃: ẽt ſi magna aqꝝ p̃ceſſe
rit iundatio: tãta. n. eſt uis caloris ſolis deſu
per: ut aq̃s ɔgregatas cito deſiccet. Spũalr̃ tpe lachry
maꝝ: fluxus q̃ effunduntur ex pcti amaritudĩe: adue
niens calor diuini amoris per indulgentiã: aĩa ſic ma
defacta lachrymis tergit̃: recipiens ɔſolationes beni
gnas. apoc. vii. Et abſterget deus oẽm lachrymaʒ ab
oculis eoꝝ. Fig. iii. re. xviii. Cũ helyas ɔſtructo altarĩ Fig.
& oppoſito ſacrificio: appoſitiſq; lignis tribus uicib⁹
aquã ĩfudit: & fuit tã magna q̃titas aq̃: ut repleret̃ ex
ipſa una magna fouea: et tunc corã multitudĩe iuoca
to auxilio dñi: ſtati deſcendit ignis: & ɔſũpſit oĩa: &
adeo aquam ſiccauit: ut ibi nullũ aq̃ ueſtigium uide
ret̃. Spiritualr̃ per helyã ſubaudi xp̃i fidelem: q per pa

tientiam aduerſorum ſeipſum ſacrificiũ pbet ſuſtinen do tentatiões pauptatis: & iniurie: effundit triplex lachrymaꝝ genus. ſ. ex deſiderio celeſtis regni: & timoꝛ infernalis ſupplicii: & ex recordatiõe ſui pcti. Clamat igit pro xpi auxilio cõpuncto corde: & illud ſacrificiũ acceptans: deus mittit ſpũs ſcti grãm de celis excludẽtem oẽs afflictiones: & penas: & ↄferentem ſpũales ↄſolationes. Ber. de ↄtemptu mũdi. Felices inqt lachryme: quas benigna manus ↄditoris abſtergit: & beati oculi: qui potius eligunt liquefieri talib⁹: q̃ eleuari in ſuperbia: q̃ omne ſublime uidere: q̃ auaritie: & petulãtie famulari.

I Uolo mundari. mar. i. ſũme reprehenſibilis ẽ graui morbo laborans: & cognoſcens medicinam ſuo morbo neceſſariã: ſi illã ñ exercet nullus. n. ↄpati tenet ſibiipſi non ↄpatienti. Spũalr pctõr laborat mortali egritudine: & tñ cognoſcit illã poſſe ſanari: & mundari lachrymis ↄpunctiõis & penitẽtie, put exemplariter uidet p illam ſimiles: & maiores languores fuiſſe purgatos. amb. ſup lucã. Lachrymas petri lego: ſatiſfactionem nõ lego: ſꝫ qd' defendi nõ pt: ablui põt: fleuit amare: ut lachryme lauarẽt delictũ: nõ ĩuenio: ꝙ dixerit: ſꝫ ꝙ fleuit: hec amb. & nihilominus pctm̃ petri maximũ fuit: qa xp̃m negauit: ergo debemus ad lachrymaꝝ aquas accedere: & oium peccatoꝝ nr̃orum mẽores exñtes: lachrymas per ſingula effundere: & ſic purgabit & mundabitur

Fig. aĩa nr̃a. Fig. iiii. reg. y. ubi legimus: ꝙ naamã a puella iſrael ſerua uxoris ſue ſuaſus iuit ad helyſeũ ſamariã: & precepto illius deſcendit in iordanem: & ſepties ibidem totus mundatus eſt: & reſtituta eſt caro ei⁹ ſicut caro pueri puuli. Spũalr naamã leproſus denotat peccatorem: qui pcti lepra pcuſſus: eiicit de ſanctoꝝ con

ſortio:

ſortio: habet tñ puellã ſeruã ex iſrael: p quã ſignificat cõſcia: hec. n. uidet oia. Interpretat̃. n. iſrael uidẽs deũ: hec. n. ſuadet dñe ſue. i. aie: ut cor accedẽſ ad cuſtodiã doctrine ſacre accedat ad pphiam helyſeũ: q interpretat̃ de⁹ me⁹: & denotat ſacerdotẽ: q gerit uicẽ dei ſuper cõfeſſione pctõris: igit̃ ſuadet p peccatis dolere lachrymaſq; effundere p illis ſepties. i. per capitalia uitia diſcurrẽdo: ut ſic aĩa eius inocentie reſtituat̃ per lachrymas renouata. Vnde gre. in morali. Qui neſcit lugere: qđ grauat: proferre ñ ualet qđ ſubleuat: uox cõpunctionis porros aperit cordis: & pennas uirtutũ fũdit. Cumq; ſe ſtudioſe menſ de pugne uetuſtate redarguit: alacri nouitate inuaneſcit.

d Iminute ſunt aque. geñ. viii. uidemus ciuitatem obſeſſã nõ eſſe tutã: cũ illi hoſteſ poſſunt aquas phibere: nã ſitiſ ferro ſeuior eſt & ſeuius ferro pugnat. Poteſt. n. homo ictũ ſagitte uitare ſcuti ptectioe uallatus: ſed cordiſ arriditatẽ potu deſtitutus ſedare non põt. Spũaliter anima noſtra in uita preſenti multipliciter eſt obſeſſa. ber. in quodam ſermõe. Heu me dñe qd faciã: quo me uertã: undiq; bella: undiq; tella uolant: eſt tamen in tuto habens lachrymas compunctionis: nam per illaſ extinguuntur ardentes hoſtis tentationes. His nero ceſſantibus areſcunt uirtutes: & nequeũtes animam defendere anima eſt in periculo tradendi ſe in manus diaboli. Figura. iudi. vii. Cum holofernes obſideret betuliam: nihil ualuit contra ipſam: quouſq; ciuitaſ abundauit aqua: ſed holoferneſ inueſtigata ſubterranea canalia fecit obturari. Et ſic ciuitas priuata eſt aqua: & tunc filii iſrael perterriti deliberauerunt ſub ſtatuto tempore ciuitatem tradere holoferni. Spiritualiter K Fig.

per betuliam : quaȝ habitabãt filii iſrael : ſubaudi animam humanam quam habitant memoria : intelligẽtia : & uoluntas : inqbus cõſiſtũt imago dei : ergo q̃diu lachryme compũctiõis fluunt a corde : omnes ciues fortes ſunt. Sed uide : ꝙ holofernes ſtudet obturare canalia. Nota : ꝙ per tria canalia lachryme ad animã fluũt que ſunt conſideratio celeſtis glorie : meditatio infernalis gehenne : & recordatio preterite culpe. His ergo canalibus apert.s lachryme fluunt : qbus tota anime familia ſuſtentatur. Vnde caſiiodorus ſuper ps̃. Fuerunt mihi lachryme. m. panes die : ac nocte : ſic dicit. Fletus eſt cibus animarum : corroboratio ſenſuũ : abſolutio peccatoꝝ : refectio mentium : lauacrũ culparũ.

L' PLuuiam uoluntariam ſegregabis deus : ps̃. lxvii. Videmus : ꝙ quando ſtat terra ſine pluuia : uermes : & ſerpentes multiplicantur in tantum : ꝙ ſemina deſtruũt & aer ex hoc inficiť : ſed magna tunc ſubſequẽte pluuia uermes : & ſerpentes oẽs moriuntur : & aer purificať : & peſtis : & infectio remoueť. Spũaliter cũ aĩa nr̃a ſtat multũ ſine lachrymaꝝ pluuia : creſcũt in ipſa uermes : & immunditie uoluptatum : ſerpentes auaritie : & cupiditatum : infectio ſupbie : & iniqtatũ & cetera uitia : in tantum nocentia opera bona : & ſemina bonarum opationũ : & cogitationũ deſtituentia ꝙ anima tota inficitur : & marceſiit. Neceſſaria eſt tũc lachrymarum pluuia ad tanta incommoda reparãda

Fig. Figu. geñ. vi. Vbi legiť : qđ ťra erat tota corrupta : itãtum : ꝙ dixit deus penitet me feciſſe hominem. Igitur miſſum eſt magnum aquarum diluuium : & tunc extincta eſt caro uniuerſa : que erat ſuper terre ſuperficiem . Et manſit archa : in qua ſaluate ſunt. viii. perſone : poſitus eſt arcus in fedus : et a columba portata eſt

oliua

oliua uirens in archã. Spũaliter per terrã infectã ſub audi iferiorẽ ſeu exteriorẽ hoiem: q nimiũ deũ grauat uoluptatib⁹: & peccatis: tãta ifectio creſcit ex eo: ꝙ niſi unda lachryme intercedat: nõ remãebit in aĩa qcq̃ boni: ſed ſi celitus mittat̃ ad cor lachrymaꝝ diluuiuꝫ extinguet̃ ois caro: ideſt carnalis affectus: reconciliat̃ deus: & arcum ſue ire reuoluit: ut non poſſit nos percutere: qa corda uerſus terram poſita ſunt. Remanẽt .viii. beatitudines uiue in aĩa: que numerant̃ mat. v Beati mundo corde: &c. portat columba: ideſt gratia dei oliuam uirentem: qa pacem. & tranquilitatẽ aĩe portat: & conſcientie. Ecce bonum: qđ ſequitur ex lachrymarum inundatione. Vnde criſ. ſuper mat. Sicut poſt uehemẽtes hymbres aer mundus: & purus efficit̃ ita ẽt poſt lachrymarum pluuias ſerenitas mentis conſequitur: atque tranquillitas.

FLuminis impetus letificat ciuitatem dei: ps xlv. Conſueuerunt obſidẽtes iuxta ciuitatẽ caſtrum ligneum erigere aliquãdo eque magnitudinis: & altioris q̃ ſint muri ciuitatis: & tunc ciuitas nõ eſt in tuto: qa in talibus caſtris ſũt ſagittarii proiicientes ſagittas in ciuitatẽ etiã poſſunt inde ꝓiicere ignẽ: & multa alia leſoria: quibus ciuitas poſſet ꝑdi: ſũmũ tñ remediũ eſt: ut ſecrete aqua ducat̃ ꝑ ſubterraneos meatus ad locũ: ubi illđ batifoliuꝫ eſt erectũ: qa nõ hẽat fundamentũ firmũ: ĩpetu aquarũ diruet̃: & ſic liberabit̃ ciuitas ñ habentibus hoſtibus locũ: ubi poſſint ſe tueri. Spũaliter diabolus cupiens expugnare aiam nr̃am: erigit ꝯtra nos batifoliũ cogitationũ malaꝝ: & ibi collocat ſuos expugnatores. ſ. ſupbiã: iuidiam: & alia ꝓncipalia uicia: & in tm̃ erigit̃ aliqñ erga nos: ꝙ aĩa nr̃a ñ eſt in tuto qa ſagittas ignitas cupiditatis aliqñ ſagittant ad aĩam: aliqñ ĩmudi M

tiā carnalitatis:aliqñ lapides ire:&c. Que qdē ſi p cō
ſenſum feriāt uolūtatē:ciuitas aīe pdita eſt:ſūmum er
go remediū eſt clā p oculos cordis lachrymarū flumen
emittere:qꝛ ſi atingit ad caſtrū:fundit⁹ illud diruit:&
capiet ibi diabolus in aſtutia ſua:&capiet:& ↄfūdet
Fig. Fig.nauꝫ.ii. Vbi uidit ꝑpha erectū edificiū ad modū
tēpli:& apte ſūt fluuiorū porte:& tēplū ſtatiꝫ diruptū
eſt:& miles ibi aſſiſtens captiu⁹ ductus eſt. Spūaliter
ſubaudi p illud edificiū ↄgregationē tentationū:quā
ſtudet diabolus erigere iuxta cor nr̄m:& ibi moratur
diabolus cū exercitu uitiorū.ut capiat aīam p ↄſenſū
ſed ſi fluuiū lachrymarū circa ipm mittam⁹:mūitiōes
eius diſſipam⁹:& ipm ſub laqueo captiuam⁹.Exēplū
habemus de magdalena: ↄtra quā diabolus magnū
ↄſtruxerat ꝑpugnaculū:illa tñ oīa lachrimādo deſtru
xit. Vñ ciprianus in li.dꝫ agēda pnīa. A bſterge lachry
mis tuas cicatrices:ſicut pcīn mulier illa in euāgelio:et
fetorem ſui erroris abſterſit:ſic clpā diluit:& oibus:q
N uolūt ueniam promereri:magiſterium preſtitit.

Nubes trāſierunt:ps.xvii.q̄q̄ aliquando nu
bes ex materia amara generent:ut patet de
uaporib⁹ eleuatis:& in nubes ↄdenſatis: ni
hilomin⁹ uirtute celeſti nubes ille in pluuiā
redacte:dulciſſime ſūt:& fecūdant terram. Spūaliter
cor pcōris cōparat mari:iſa.lvii.Cor impii q̄ſi mare fer
uens igitur cor peccatoris amariſſimū eſt peccati ama
ritudine:uerū eſt:qꝛ interdū uirtute radii ſolis.i.diuīe
gratie eleuant uapores.i.ↄſiderationes cauſantes do
loris nubes:& amoris:& redacte in lachrymarū pluui
am dulciſſimā fecūdāt agrū aīe:ut ꝑducat fruct⁹ bōe
Fig. opatiōis deo acceptos:et gratos. Fig.iii.reg.xviii.Nu
becula parua aſcendebat de mari:& ecce celi contene
brati ſunt:& facta eſt pluuia grandis:ſine qua fuerat

terra

terra trib⁹ annis:& mẽſibus.vi.ꝑpter qđ fuerat eſu-
ries magna:& tūc facta eſt abūdātia magna. Spūalr
nubecula de mari aſcēdit:qn̄ cōpūctio de peccatis cō
ſurgit:& tenebrant̄ celi:qa aīe uirtutes celeſtib⁹ ſimi
les ↄtriſtant̄:ut eſt memoria itelligentia:& uoluntas.
Cōuertit̄ in pluuiā nubes eleuata:qn̄ ↄtritio đ corde
uſq; ad oculos ꝑueniens reſoluit̄ in lachrymas. Fecun
dat aīa uirtutibus:& bōis opibus: q̄ ſterilis ſteterat.
vii. mĩicordie opibus ꝑpter. iii. mala:qb⁹ fuerat oc-
cupata. ſ. ↄcupiſcētia carnis: oculoꝝ:& ſuperbia uite
patet ergo:ꝙ dū cū amaritudīe pctā nr̄a penſant̄ a no
bis:& dū in pluuiā uertunt̄ ocl̄i ob đi timorē q̄ta ſub
ſeqtur in nobis ↄſolatio:& dulcedo. Vn̄ ber. in ſuis
meditatiōib⁹. Ecce inqt me miſerū multis meroribus
plenū:dū uitā meā timeo:dū pctā mea ↄſidero:dū iu
diciū tuum formido:dū horā mortis cogito:dūq; hoc
& alia mecū lachrymabilit̄ ꝑtracto: ↄſolaturus ades
ſolita pietate:& inter has q̄rellas:nimioſq; ploratus:
atq; ꝓfunda ſuſpiria cordis aſſumis meſtā:atq; anxiā
aīam meaȝ:& mentē ſuꝑ alta montium deducēs: lo
cas īter paſcua paradiſi:qbus tn̄ refocillat⁹ diuitiis mi
ſeriaꝝ oblitus in te uera pace reqeſco. Hec bernard⁹.

❡De detractione.

Oris canes impudici: & uenefici: apo.xxiii. A

f Aliqui canes adeo ſunt imundi:ut ſemꝑ tur
pioribus ueſcantur:& reſumunt uomitum:
& omnem imunditiam comedunt:ſunt etiā
cum hoc proditores:quia omnibus blandientes: inſi
diantur eis:ut mordeant eos retro. Spiritualiter ca-
nes immundi denotant detractores:quoꝝ lingua ad
turpia proximoruȝ proferenda ſp ꝓmpta ē: blādiunt̄
in facie:& retro mordēt:& ſepe replicāt mala q̄ pādūt

Fig. Figurati ſunt per canes: q comederũt iezabel. iiii. reg. ix. Iezabel interpretatur ſterqliniũ: & q ibi comedũt: ueſcuntur ſp imundis. Non. n. narrant bona: q̃ uiderunt: ſed ſoluꝫ ſeruant turpia: que ꝑferant: turpiores ſunt purgantibus latrinas: qa iſti portãt ſtercus in ſpatulis: iſti uero in lingua garriunt: hi canes nemiem dimittũt illeſũ: nõ eſt: q ſubterfugiat morſum illoꝝ: unuale. maxi. lib. iii. Nulla tã modeſta felicitas eſt: q̃ malignitatis dẽteſ uitare poſſit: duites. n. ſũt alieĩs iacturis locupletes: alieĩs calamitatibꝰ: ĩmortales funeribꝰ.

B Erit uobis clauus in oculis: & lancea in ſpatulis: numeri. xxxiii. No. ꝙ ſcorpio anterioribus brachiis blanditur: ſed carnes diſpõit ad uulnus: cauda uero q̃ſi aculeo pugnat: infundẽs uenenũ mortiferum. Spiritualr̃ detractor blãditur ut ſcorpio: qa in facie: & retro percutit: diſponit etiã aures audientium aliqua uirtuoſa illius: cui uult detrahere: ut inducat audientẽs ad credendum uenenoſa: que cupit ꝑferre: uerbi grã: talis eſt prudens: &

Fig. ſapiens: uerũ eſt: ꝙ ẽ latro: & ſimilia. Fig. iud. iiii. ioel. i. prebuit lac ſiſare: & eo dormiente ↄfixit capiti ſuo clauum. Spiritualr̃ lingua detractoris primo leuia: & ſuauia ſub fraude miniſtrat: ut poſſit liberius mortiferam detractionem ꝑferre: ideo talis lingua bñ acuto iaculo cõparatur. Ber. in quodam ſermone. Nũqd nõ lancea ẽ ligua detractoris ꝑfecto acutiſſima: q̃ treſ penetrat ictu uno. ſ. cui detrahit: ſeipſũ: & audienteſ.

C Dedit terra eoꝝ ranas. p̃s. ciiii. Nota ꝙ rana exiſtens in luto noctis tpe multũ clamat: tẽpore lucis tacet: dicit enim ioſephus: ꝙ tres ſunt ſpecies ranarum: quaꝝ una ſtat in luto alia in terra: & uocatur rubeta: & eſt uenenoſa ualde alia uero minuta eſt: & breuis: & ſolet tpe magni eſtꝰ

poſt

poſt pluuiam apparere in terra: ſiue in puluere. Spūalī
ter per ranas multū clamoroſas ſubaudi detrahentiū
linguas: q̄ imerſi ſunt in luto pc̄tī uſq; ad gutur igno
rantes fetorē p̄prium: & alios detractionū clamorib⁹
inqetant. Tacent in die. ſ. cum eoꝝ detractiones pn̄t
deprehendi mēdaces garriunt aūt in auribus eoꝝ: a q
bus ſe uident libenter audiri. Triplex eſt detractoris
ſpecies. Aliq in aque ſuperficie clamant: q̄a ſuperficiem
peccati p̄ximoꝝ uidentes: hoc cū detractionibus: &
adulationibus pandunt dicentes: & affirmanteſ uerū
eſſe: qd̄ neſciunt: Aliqui uero occulte ſimulant: & ſo
num faciunt dulciorem ɔponentes ex malignitate fal
ſa crimina p̄ximis fraudulenter īponunt: de his p̄phe
ta loqtur: uñ. p̄s. Sepulchrū patens eſt guttur eorum
. l. ſ. d. a. Alia ſpecies ranaꝝ minutaꝝ: ſ; multū fedāt
aerem: hi ſunt detractores: q interdum & ſi non men
tiuntur detrahendi: fedi tn̄ ſunt: inſup lubrica: que p
ferunt obſeruando. Nō arguunt p̄ximum de pc̄tō: ut
ſeruent charitatis preceptum: ſed corā oibus murmu
rant: ut coram oībus delinq̄ntem infament. Iſte ſunt
rane: q̄ fedauerunt egyptum. Fig. apoc. xvi. Vbi bea Fig.
tus ioannes uidit de ore beſtie tres ſpiritus īmundos
exire in modum ranaꝝ. Spiritualr̄ per hāc beſtiā ſub
audi diabolum: per cui⁹ flatum: ſeu anhelitum detra
ctores loquūt. Et hi qui libenter audiunt detracto
res. ber. in li. de conſideratione. Detractor inquit: et
liberus auditor uterq; diabolum portat: auditor in
aure: & detractor in lingua.

d Euorabūt eos aues morſu amariſſimo: d̄u D
tero. xxxii. No. q͏ ſunt quedā aues comedē
tes grana: & ſunt munde: & humano uſui
utiles: ut ſunt columbe: & turtures: Alique
uero comedentes cadauera: ut ſunt corui: & uultures

& he aues ſunt imunde:iō in ſacrificio poni non pote rant:ut patet in leuiti. aues uero munde in ſacrificio ponebant. Spiritualr per aues mundas ſubaudi ſim plices:& ſanctos refrenantes linguā ſuā:& nō aperien tes os ſuū in dolo ꝓximi:ſunt hi.n.ſacrificium deo ac ceptū. Iſti aſcendent in montem ſanctū dn̄i:& ſtabūt in loco ſancto ſuo in eterna beatitudine: per aues ue ro imundas ſubaudi detractores:carnes ꝓximoꝝ co medentes:& lacerantes. Et merito dicunt immundi: qa oīum hoīum imūdiciam portant in lingua:illa ueſ cuntur:& ſuper illa reqeſcunt. Nam ſi in uno:& eodē homine aſpiciant multas uirtutes:nullamq; eaꝝ capi unt:obſeruant:ſi qcq̄ peccati uidere poſſint ſup illo q eſcunt:illud lacerant:illud ꝓferunt:& ampliant:& p illud omnia bōa acta extinguunt:& ſic lacerant car nes proximoꝝ amanſſimis morſibus:& aliis etiam la cerando ꝓponunt. Contra tales loquit ſap.prouerb. xxiii. Noli inqt eſſe in conuiuiis potatoꝝ:neq; come das cū eis:qui carnes ad ueſcendum ꝓferūt. Que uer ba exponens grego.in mora.ſic ait. Carnes ad ueſcen dum ꝯferre eſt in collocutione derrogationis uiciſſim proximoꝝ uitia enarrare. Hi igit uelut immundi ſper
Fig. nunt munda:& amplectuntur ſtercora. Figura.geū. vii. De archa fuerunt miſſi coruus:et columba. Igitur coruus inuento corpore ſuper illud ꝯquieſcens:nō am plius ad archam reuerſus eſt. Columba uero re uerſa eſt portans ramum uirentis oliue. Spiritualr uo lant per hanc uitam ſimplex:& detractor hic inde. Sꝫ detractor inuenta putredine culpe alicuius reſidet ibi & in illa paſcitur: & quieſcit oblitus redire ad conſor tium dei:& ſanctorum: ſuper illā non reſidet colum ba:ideſt ſimplex:& rectus:ſed inuentis uirtutibus:et bonis operibus in proximo illa imitari ſtudet:& cum

uirente

uirente charitate uadit ad chriſtum cum angelis. Sed nota: q̄ aues paſto auide capiūtur ibidem ſepe: qa circa illa occultus eſt laqueus: uel ſagittarius: & ſic capit uel feritur: ſic contingit de detractore. Auidus enī de detractione iterdum nō aduertit: coram q̄bus loquatur: & quid loquatur. Et ideo ſepe in mendatio capt⁹ uituperat: & ↄfunditur: unde hiero. ad ruſticum mōachum. Sicut inquit ſagitta ſi mittat contra durū: nonnunq̄ reuertitur in mittentem: & uulnerat uulnerantē ita detractor cum uiderit triſtem faciem audientis: immo non audientis: ſed obturantis aures ſuas: ne audiat ſaniem: illico conticeſcat: pallet uultus: herēt labia: ſaliua ſiccatur.

QVid det tibi: aut quid appōat tibi ad līguā doloſā: ſagitte potentis acute. p̄s. cxix. Cū uidet homo feram ſuper ſe aperto ore uenientē: debet ſi poteſt a diſtantibus illam percutere ſagitta: uel lancea: ideo optime faciunt ſagittarii per nemora ſilueſtria arcum: uel pharetram portantes. Spiritualiter detractor comparatur fere: quia apto ore lingua doloſa paratus eſt ad proximorum uoracitatem: habet dentes ad laniandum carnes omnes Vnde caſſiodo. ſuper. p̄s. Dentes dicti ſunt a demendo: quia ſicut dentes demunt partes ciborum: ita & iſti opiniones hominum corrodunt. Summum igitur remedium eſt feris talibus ſagittas acutas dirigere: per has ſagittas ſubaudi increpationes multiplices detractores ferientes: unde cum detractor cupit aures boni uiri replere proximorum peccatis: debet audienſ illum digna reprehenſione percutere: ſic legimus nos xp̄m phariſeis feciſſe cū detraherēt ſancte diſcipuloꝝ E

ſimplicitati:q̄ uidelicet nõ lauabant ſibi manus cum
comedere debebant:&chriſtus eos repercuſſit grauio
ri ſagitta :cum eoſ de tranſgreſſione diuini manda-
ti increpauit ſcilicet de inchoatione parentum. Sic igi
tur percutit ſagitta ueritatis detractor : cum in ꝑprio
peccato arguitur:non enim ceſſat detrahere paribus:
et maioribus. Super hoc habet. Figu.de utroq̄ gen.
Fig. iiii.Chaym occidit abel fratrem ſuum:ſed ſagitta la-
mech interfectus eſt:perſequutus eſt ſaul regē dauid
maiorē ſe primo reg.ultimo:ſed ſagittarioꝝ uulnera
tus ſagittis a proprio armigero occiſus eſt. Spũaliter
detractor fratri non parcit:nec patrē agnoſcit: omnes
lacerat pares:& maiores:ut dictũ eſt ideo ut fera peſſi
ma repercuſſus uulnerat. Item ſagittis increpationũ
plagatur:cum in ꝑpria detractione ſubcumbenſ con
fũditur:unde ſup illud.ps.Comprehendant in conſi
liis:quibus cogitãt:dicit quedam expoſitio:ueritatis
notitia innocentiã protegens eius:quē detractoriſ lin
gua nitebat percutere:repcuſſus confuſiõe detractor
languet:palent uult?:herent labia:caput deponit:lin
gua inuoluit:crura deficiunt:cadunt brachia : neſcit
qd proferat:factus tanq̃ uas ꝑditum:audienſ uitupe
rationem multoꝝ:ideſt uidens ſe uituperari a multis

¶ De diabolo.

A Dixit inimicus:pſequar:& comprehēdã diui
dam ſpo.& rep.a.m.exo.xv.Cum enim ho
mo cũ inimico ſuo pactũ: ſeu cõuentionē in
uenire ñ poteſt: niſi totaliter ſe ſubiiciat:po
tiuſ debet ſe morti expõere defendēdo : q̄ ſic uiliter ſe
tradere ſeruituti. Vnde tulius de q̄ſtionibuſ. Cum in
quit tempus:et neceſſitaſ poſtulat:decertandũ eſt ma
nu:et uiribus:et mors ſuitutiſ turpitudini eſt antepo
nenda: nam occidi pulchrius eſt q̄ ignominioſe ſuire

Spiritualiter

Spiritualiter diabolus eſt inimic⁹ crudeliſſim⁹: et ual de male eī ſeruiētes tractat: greg. in omel. Iniuſtuꝫ eſt ſeruire diabolo: qui nullo placat̄ obſeqō: ergo potius debēt morti fideles ſe defendēdo: eiq̨ reſiſtēdo diſpōe re: q̄ per cōſenſum peccati illi ſe ſubiicere. Hie. in epl'a ad lucianū. Quid nequs: quid noſtro aduerſario mali gnius in paradiſo poſuit bellū: in celo fraudē: odiū in inter primos fratres: & in omni ope noſtro zizaniā ſe minauit: nā in comeſtiōe gulam: in genere laſciuiā: in accuſatione accidiā: in correctiōe iracundiā: in guber natione auaritiā: in dn̄atione ſuperbiā: in ore locutio nes falſas: in corde cogitatiōes iniq̄s: hec letos mouet ad diſſolutiōes triſtes ad deſpatiōes: & ut breui⁹ loq̄r oīa mala mūdi ſua ſūt prauitate cōmiſſa. Fig. numeri. Fig. xxi. Vbi legimus: ꝙ filii iſrael uenientes de egypto: & euntes ad terrā ꝓmiſſioniſ: oportuit eos neceſſario ire per terras & p fines urbium ſeon regis amorreoꝝ. Ad quē miſſis legatis: & datis ꝓmiſſionibus nihil tangē di de ptinentibus ad ipſum: etiā nec guttā aque de ci ſternis ſuiſ nō ualuerunt obtinere: ut tantū uiam regi am graderentur. Sed rex ille ſeon parato exercitu: in uaſit illoſ filios iſrael: omneſ eos cupiens capere: et ex poliare: & occidere. Quod uidenteſ filii iſrael aſcende runt in iaſa: et uiriliter dimicauerunt: & obtenta ui ctoria fugauerūt regem: & gentes eius: & urbeſ illas combuſerunt. Spiritualiter rex ſeon ſignificat diabo lum: quia ſeon interpretatur elatus: & ipſe diabolus dicitur rex ſuper omnes filios ſuperbie: filii iſrael ſunt fideles chriſti: q in mari rubro baptizati exierūt egyp tum originalis peccati: & per deſertum huius uite pe regrinantes tendunt ad terram ꝓmiſſioniſ celeſtis: trā ſire oportet p hui⁹ uite p̄ſentis multas illecebraſ: ubi ſeon: ideſt diabolus regnat: mittimus legatos cū pro

miſſionibus: quādo in baptiſmo omnibus operibuſ ſathane abrenunciam?: et promittimus fide pura trā ſire ſine omni eius facultate: ſed ad id pactum diabolus ſtare non uult: nō eſt eo cōtentus: expoliare te uult uirtutibus: & occidere peccato: quid faciendū eſt: aſcēdamus in iaſa: que interpretatur mandati impletio. Aſcendamus igitur ad dei mandata ſeruanda: complendo omnia per charitatem: & ſtatim hic hoſtis cōflictus: & omnis eius exercituſ euaneſcit: unde caſſiodorus ſuper. p̄s. Charitas eſt mors criminū: uirtus pugnantium: palma uictorum: concordia mentium: & ſocietas electorum.

B Qvanta malignatus eſt inimicus in ſācto. p̄s. lxxiii. Conſiderantes ſe habere hoſtem proditorem: et plenū caliditate: nunq̄ ſe debent adeo tutos credere: quin ſumma diligentia ſibi caueant: multo plures aliquādo proditione q̄ gladio ſubſternūtur. Spiritualiter nos habemus hoſtem proditorem: qui uidens nos ꝓficere in uirtutibus: die noctuq; nos impugnare non ceſſat: & quos nō poteſt palam ſuperare: occulte & ꝓditorie conatur decipere. Aug. in libro ſoliloquio. Diabolus inquit nunc hic: nunc illic: nunc agnum: nunc lupum: nunc tenebras: nunc lucem ſe oſtendit: & ſingulis: quibuſcunq; qualitatibus: locis: & temporibuſ ſecundum uariaſ rerum mutationes: uarias exhibet tētatioes. Nam ut triſtes efficiat: triſtatur & ipſe: ut gaudentes illudat fingit ſe & ipſe gaudere: ut ſpiritualeſ defraudet in angeluȝ lucis ſe transfigurat: ut fortes opprimat: apparet agnus ut mites deuoret: apparet lupus: & ad hoc quis idoneus recognoſcere? qs reuelauit ſpeciem ueſtimēti eiuſ & girum dentium eius agnouit? hec auguſtinus. Cauendum eſt igitur ab aſtutia talis hoſtis: ne incautoſ

nos

nos inueniens crudeliter noſ perdat. Figu. iudi. xviii. Fig.
Vbi legimus: ꝙ tribus dan cum terram propriam non haberent: miſerunt. v. exploratores in montē effraym inde uenerunt in lachis: et cōſiderata inepta cuſtodia ciuium erga ciuitatē redeuntes ad ſuos dixerunt: eamus ad poſſidēdum ciuitatem optimam: ubi nihil deeſt de his: que naſcunt in terra: ñ erit labor ipſam capere: cum gentes diſperſe ſint hinc inde per agros: nec ulla uiget in ciuitate cuſtodia. Congregato itaq; exercitu uenit dan in lachis: et incautam ciuitatem: & ſine cuſtodia reperiens debellauit: & cepit: & percuſſit gentes eius: & ſuccendit eam igne: quo facto eam reedificauit denuo: & ipſam uocauit ciuitatem dan: et ſic poſtmoduʒ uocata eſt. Spiritualiter per dan ſubaudi ipſum diabolum: qui forte diſtributioniſ inter filios iſrael: ideſt inter angeloſ dei nullam habet poſſeſſiōem unde cum beatus ioā. de tribubus omnibus iſrael beatos nominaret apoc. vii. non ibi nominauit de tribu dan. Eſt igitur iſte inimicus uiatoruʒ fidelium inſidiator per innumerabiles tētationes. gen. xlix. Fiat dan ſicut coluber in uia: etc. Igitur mittit. v. exploratores in lachis: que iterpretatur filia leonis: quia anima humana redempta eſt ſanguine uincentis leonis de tribu iuda. v. exploratores ſunt. v. ſenſibiles appetitus: per quos diabolus inueſtigare nititur de anime cuſtodia. Alio āt mō nequaꝙ̄ ſcire poteſt diabolꝰ huiuſmodi ciuitatiſ intrinſeca. Augu. in libr. de diffinitionibus occultarum dignitatum. Internaſ inquit cogitationes anime diabolum non uidere ſcimus: ſed motu eas corporis ab illo: & affectionum indiciis colligi didicimus experimento. Cum igitur iſte hoſtis malignus animam uacantem ceperit: & ciues eius: ſcilicet memoriam: intelligentiam: & uoluntatem per

agrum uoluptatum terrenarum diſperſas: nec eſt in anima: qui hos exploratores intrare uſq; ad cor prohibeat per diſſenſum congregans magnum uitiorum exercitum accedit ad illam: quam ſine contradictione capiens ciuibus percuſſis .id eſt bonis operibus ſuccendit: perdit anima nomen primum: quo dicebatur filia chriſti: & ſuccenſa igne cõcupiſcentie uocatur ciuitas dan.i. diaboli uſq; in ſempiternum: ergo fatuum eſt non adhibere cuſtodiam inter tales inimicos mortales: Vñ aug. in ſollilo. Peſſima inſania noſtra: quia cum continue uideamus contra nos draconem ore aperto paratum ad deuorandum: nihilominus dormimus: & laſciuimus in pigritiis noſtris tanq̃ ſecuri ante eu3: qui nihil aliud deſiderat: q̃ ut nos perdat inimicus iſte: ut occidat ſemper: uigilat abſq; ſomno: et ut nos cuſtodiam⁹ nolum⁹ nos uigilare a ſono.

C

Deiciſti eos: dum alleuarentur. ps. lxxii. Prudentes exercituum duces ſtudẽt in preliis inimicos preuenire: & eos iuadere anteq̃ ſint in acie ordiati. Interdũ.n. anteq̃ cõgregari poſſint ſunt pauci: & intermes: & habiles ad ſubcumbendum: debent igiẗ tunc inuadi: optima eſt enim uictoria: que ꝓpriam gẽtem ſaluat. Spiritualiter diabolus inimicus humani generis continue nos infeſtans: continue nobis parans inſidias: continue circuit querens quem deuoret: ergo anteq̃ in aciem contra nos exercitum ſuum paret: debemus ipſum inuadere: & gẽtem ſuam percutere: anteq̃ creſcat: gentes enim: & pugnatores diaboli ſunt pc̃tã: que congreganti in aciem per hunc modum primo imittit malas ſuggeſtiões: ſecundo ſuadet malos conſenſus: & tertio inducit ad mala opera: ultimo ligat uinctos ſuos mala ↄſuetudine & ſic occidit: et mactãt: ſi ergo ipſum uis ꝓſtrare: aut uincere

uincere:primā aciē inuade:anteq̄ ſecūda ſuccurrat:qa ſi expectaſ ſecundā uictus es:ſi primā inuadas:uictor es:ſtatim liber es a diabolo. Figu. exo. xii. Pharao ſtatim dimiſit filios iſrael cum auro: & argēto exire egyptum libere:percuſſus primogenitiſ ab homine uſq; ad pecus:ipſe uero cū egiptiis remanentibus in luctu: & planctu. Spiritualiter per pharaonem ſubaudi diabolum:p primogenita ſua ſubaudi malas cogitatiōes:q bus percuſſis uictores chriſti fideles ſunt: et ſaluo uirtutum corū exercitu pergunt libere ad ꝓmiſſionis terram: & diabolus cū ſuis remāet in triſtitia. Sed no. ꝙ debent interfici ab homine uſq; ad pecus primogenita diaboli:qa ſuggeſtiones:quaſ ad corpus: & ad animā mittit:debent gladio diſſenſus occidi:ne i aliquo modo per conſenſum in nobis creſcere poſſint. Vnde hier. in quadā epiſtola. Dum inquit paruus eſt hoſtis occide illum:ut malitia elidatur in ſemine: et ſic ꝓſternetur diabolus anteq̄ creſcat. Fig.

Vinite paruuloſ uenire ad me mat. xix. Videmus ſenſibiliter in arboribus: et plantis:ꝙ ſi ledanī in floribus: totus eius fructus ſequens leditᷣ:et ratio eſt:qa flos eſt principiū ex quo fructus egreditᷣ. Spūaliter qď ſuo modo dicitᷣ de arboribus methaphorice notādū eſt et in hoībus Nam in hoie ſeminanᷣ: & plantantur bone inſpirationes a deo:cū incipimus bona cogitare:uel bona: & ſācta monita a predicatore audire. Florent. n. cum illa per uoluntatē: & ↄſenſum incipimus amare cū deliberatiōe cōplendi:et exercēdi p opus:ſed ſi debiles ſunt iſti cōceptus & ñ ſunt firmati in arbore p cōſuetudinē facile pnt cadere:leuis tētatiōiſ uētus illos pōt delere. Iō diabolus illoꝶ cognoſcens īfirmitatē:multū īſidiatur illis:ne creſcant:quia iam firmos ſic delere nō poſ F

Fig.ſet Fig.exo.i. Vidēs pharao pplꝫ iſrael ī egypto ꝓfice
re:timuit:ne nimiū creſceret: & ideo ordinauit paruu
los ſuffocari in aquis. Spiritualiter per pharaonem in
baudi diabolū:qui pplm xp̄i conat̄ detinere in pecca
tis. Cum.n.aſpiciat uirtutes creſcere in nobis:conatur
extinguere primos bonos ↄceptus: ut n̄ creſcat p op⁹
& ↄſuetudinem:& hoc cupit facere in aqs delitiarum
mundi:in qbus ſepiſſime moriunt̄:& ſubmergunt̄ p-
ma bona ꝓpoſita. Ideo cum ſumma diligentia cuſto-
diendus eſt ager anīe nr̄e:ne hominū inimicus ledat
anime nr̄e fructus in primo flore:qbus aſſidue inſidiat̄
unde petrus rauennas ſuper mat. Diabolus inquit ſp
primordia bona pulſat:captat rudimenta uirtutum:
ſi ſancta ſunt:in ipſo ortu feſtinat extinguere:ſciēs ꝙ
ea ſubuertere funditus non poſſet.

E P Olluerūt templū ſanctū tuū. ps.lxxviii.
Crudelis hoſtis deuicta: & capta ciuita-
te ipſam deſtruit munitionibus: ne āpli⁹
apta ſit eidem reſiſtere: & ſic ꝓſtratam eā
dimittit:ut non ad reſiſtendū: ſed ad pa-
tiendum ſit apta:fit ergo imundior:qa diruptis mu-
ris atrii:bruta muralia intrantia totū deturpant. Spi
ritualiter diabolus eſt tyrannus crudeliſſimus: nā cō
tra aīam noſtram:ſi poteſt obtinere uictoriā ad illam
intrans oēs uirtutes ſubripit:& exterminat muros cor
dis:& antemuralia.i.ſenſus:& cogitatiōes diruit:ut
Fig.ibi brute eius tentationes morentur. Fig.iiii.reg.xx
v. Vbi legim⁹:ꝙ nabuzardā p̄nceps exercit⁹ babilōis
obtenta ui ieruſalē expoliauit templū:& illa que in
de abſtulit:dicuntur hec fuiſſe:candelabrum luminis
altare aureū:menſas ꝓpoſitōis:coronas faciei tēpli:
uaſa incēſi:uaſa aque ſacrificii:ueſtes ſacerdotales: &
poſtmodum oēm ſpurcitiam induxit in templū. Spi

ritualiter

ritualiter diabolus uincens aniam noſtrã intrat tẽplũ cordis: et mentis noſtre: & primo extinguit cãdelabri lumen.i.excecat iudiciũ rõnis. Secundo ſubripit altare aureũ: per qđ charitas notať. Tertio menſas panis ꝓpoſitionis euertit: ac deſtruit: ꝑ quas ſubaudi predicationes uerbi dei: qđ dicıť panis ſpũalis aie. Quarto coronã faciei tẽpli remouet: qa delet đ facie uerecũdiã et ruborẽ peccandi: ut aia efficiať: quaſi meretrix ſine fronte. Quinto deſtruit uaſa incenſi: per que notãtur oratiões deuote. Sexto uaſa aque ſacrificii: qa peruertit cor: & oculos: ne ibi inueniri poſſit lachrymaꝝ contritio: per quã fit deo acceptũ ſacrificiũ nr̃m. Vltimo lacerat ueſtẽ ſacerdotalẽ.ſ.inocentie paliũ: qđ nobis xp̃us acqſiuit: et qđ accepimus in baptiſmo: his igiť expoliatis miſer homo: qui erat templũ dei: eff. ciť diaboli poſtribulũ: & receptaculũ gẽtis babilõis.i.demonũ infernalium. Vnde aug. in ſoli. Ipſi inqt obſeruauerunt me: & deſpexerunt me: uidentes ſine te: diuiſerũt ſibi ueſtimẽta mea: quibus honoraueras me: fecerunt ſibi uiam per me: ſub pedibus ſuis cõculcauerũt me fecibus peccatorum: polluerunt templum ſanctũ tuum. Poſuerunt me deſolatum tota die merore confectum: ibam poſt eos cecus: & nudus: & illaqueatus funibuſ peccatorum: trahebant me poſt ſe in circuitu de uitio in uitium: de luto in lutuꝫ: & ibam abſqꝫ fortitudine ante faciem ſubſequentis. Seruus eram: ſeruitutem amababam: cecus eram: cecitatem deſiderabam: uinctus eram: uincula ñ horrebã. Amarum dulce: et dulce amarum putabam: miſer hec non cognoſcebam: quia ſine te eram.

a Bſtulit dominus omes magnificos meos de medio mei. tren. i. Tyrannus obtinens ciuitatem ſtatim ſtudet perdere no- F.

billores: & potentiores: & illos: quos ſuſpicatur poſſe ſibi ciuitatē rebellare: uulgus dimittit: ſed occidit potentes. Spūaliter diabolus eſt tirānus crudeliſſim⁹: iō capta anima noſtra ſtatiꝫ uirtutes potentes. ſ. acta penitentie pimit: per quas pcipit poſſe animam captam
Fig. amittere. Figu. hiere. lii. Vbi legimus: ꝙ nabuchodonoſor poſtq̄ cepit hierl̄ꝫ et ipſam igne ſuccendit: ipſe apprehendit ſedechiam regem: & apprehendit oēs principes iuda: & interfecit illos: poſt modum filios regis ante oculos patris occidit: quo fc̄tō eruit oculos regis & detulit eū cecum in babiſonem: ubi poſuit eū in carcerem uſqꝫ ad diē mortis ſue. Spūaliter p nabuchodonoſor ſuaudi diabolum: iſte igiť poſtq̄ pugna peccatorum uicit hieruſalē. i. animā: ipſe occidit principes: iudas iuterp̄tať cōfeſſio: principes enim cōfeſſionis ſunt tres. ſ. contritio cordis: manifeſtatio oris & ſatiſfactio operis. Hos igitur principes in capta: & debellata anima diabolus conatur occidere: quoniam ſi illi uiuerēt cito ciuitatē diabolo rebellarent: occidit ulterius oēs filios regis: quia omnes anie fructus: & uirtuoſa opa extinguntur: que fuerunt facta in ſtatu gratie. Excecatur rex: ſcilicet rationis lumen: & ſic miſer peccator de rege factus ſeruus: excecatus ducitur in babilōem ideſt in confuſionem: & ignominiam: & uinculis peccatorum ſuorum ligatus: uelut fortiſſimis cathenis perſeuerat in māu diaboli. Vnde aug. in li. ↄfeſſionū Suſpirabam inquit ligatus: non alieno ferro: ſed mea ferrea uoluntate. Velle enim meum tenebat inimicus & de illo mihi cathenam fecerat: & conſtrinxerat me. Ex uoluntate facta eſt libido: & ex libidine facta eſt conſuetudo: & ex conſuetudine facta eſt neceſſitas. Sola gratia dei liberat hominem.

Nolite

NOlite tangere chriſtos meos: p̄s. ciiii. Tanta
eſt rabies: & nocendi auiditas aliquorū ani G
malium: q̄ ſi potētia rn̄deret uoluntati: nul
lum remaneret animal manſuetum. Sed na
tura talia animalia fecit apta ad conteri: & mactari:
quia non muniuit ea uiribus: ſed proſtrauit debilitate
ut patet d' ſcorpione: quia licet plenus ſit ueneno mor
tifero: nihilominus facile occiditur: patet hoc etiam d'
quibuſdam breuibus ſerpentibus: quorum morſus ſi
mul cum morte eſt. Sp̄ualiter tanta eſt auiditas nocen
di demonum infernalium: q̄ niſi maieſtas diuina eos
proſtraſſet: & illis uires accepiſſet nocendi: uix unus
iuſtus remāeret in mūdo: ſed cohibet eorū uoluntas:
ne q̄d cupiūt: ɔpleant: aug. ſr p̄s. Diabolus plerunq̄
uult nocere: & nō pōt: q̄a ptās ſua ſub ptāte dei eſt: nā
ſi poſſet tantū nocere diabolus: q̄tum uellet: aliq̄s iu
ſtoꝝ n̄ remaneret. Fig. gen̄. xxxiii. Cū iacob rediret d' Fig.
meſopotāmia cū familia: & armentis multis: contigit
ipſū habere obuiā eſau fratrē ſuū: q ei multū indigna
bať ꝓpter bn̄dictionē quā ſibi ſubripuerat: ueniebat
ergo eſau multū iratus aduerſus fratreꝫ ſuū iacob cū
exercitu magno: ſed ꝓhibitus eſt a deo: ne illi faceret
quicq̄ mali. Sp̄ualiter iacob interpretať ſupplātator:
& denotat uirꝫ iuſtū: q ſupplātat diabolum: precipue
q̄a illi ſubripuit bn̄dictionem: & primogeniturā. Naꝫ
licet diabolus creat⁹ eſſet ꝓmo genitus reſpectu homi
nis: ut obtineret bn̄dictionē celeſtis hereditatis tn̄ q̄a
inde p ſuperbiam cecidit: & hō p humilitatem aſcen
dit: priuat⁹ eſt illa gloria: & hō ditatus eſt in ea. Ex
hoc. n. diabol⁹ multa uallat⁹ iuidia: cōgregato uitio
rū exercitu: uadit obuiaꝫ iuſto: q̄n per uiam preſentis
uite peregrinatur ad patriam plenus uirtutibus: & bo
nis operibus: ut ipſum ſpoliet: & occidat: ſed prohi

bet diuinũ ſubſidiũ:ne nobis plus īferat q̃ id:qđ por
tare poſſum⁹ in ſuis tentationibus :ut illđ ſit nob̄ ad
meritũ. Vñ aug. ſup illud p̄s. Si tantũ inqt admittit
tentare diabolus:q̃ntuꝫ tibi ꝓdeſt:ut exercearis:ꝓba
ris enim: ut q̄ neſciebas :a te ipſo inuenias.

H Percuſiſti caput de domo impii: abac. iii.
Cupiens de hoſt b⁹ feliciter triumphare
ꝑmũ uidet đ īteremptiõe capitis:ſeu du
cis:nã eo mortuo totus exercit⁹ euāeſcit
Spũaliter xp̄s uenit in hũc mundũ redē
pturus hũanum genus de manu hoſtiũ infernaliũ: iō
primo ɔſiderauit interitum ducis eoꝝ.i. ꝑncipis tene
brarum.i.diaboli: nam ꝓſtrato illo:oēs ſalui facti ſu
Fig. mus:& đ manu iferni liberati. Fig. prim reg. xvi. Vbi
legimus goliã ſpuriũ obſediſſe hieruſalem cũ exercitu
philiſtinoꝝ:ibat certator ille omni die circũendo mu
ros ciuitatis:exꝓbrans:& icrepans ſuã fortitudinē eo
q̄ nõ eſſet:q cum illo uell et deſcēdere ad ſingulare cer
tamen:tandē iſay. q in monte habitabat:copaſſuſtri
bus filiis ſuis:q obſeſſi erant in hieruſalē:miſit filiũ ſu
um paruulum obſeſſos fratres uiſitare:qui deſcēdens
ciuitatem intrauit:& refectis fratrib⁹ refectione: quã
de monte portauerat:uidit goliã exprobranteꝫ more
ſolito:& uociferantē filiis iſrael: turbatus ait. Quis ē
ille incircumciſus:qui audet maledicere populo dei. et
ſi non eſt qui pugnet contra illum: ibo ego contra: &
increpabant eũ fratres ſui dicentes. Nouim⁹ ſupbiam
tuã:& p̄ſumptionem tuã:declinauit pauliſp ab eis ite
rãs p̄ſtina uerba:q̃ cum rex iſrael audiret:uocato eo di
xit ei. Nõ potes pugnare cũ illo:cũ puer ſis. Qui ait oc
cidi leonem:& urſum cũ uellent oues patris mei:quas
cuſtodiebam rapere;& uoluit ipſuꝫ ſaul armare armiſ

ſuis;

ſuis: q ait: non poſſum ſic incedere. Et proiectis armis illis: accepit quinq; lapides limpidiſſimos de torrente & accedens ad prelium uilipẽſus eſt a philiſteo: ſed ac cepto lapide: & uoluẽs fundã pcuſit philiſteum in frõ te: & pſtratum in terram decapitauit gladio illius: cũ nullum haberet gladium: & ſic liberata eſt ciuitas ob ſeſſa: & exterminatus eſt philiſtinorũ exercitus: mor tuo eoruʒ duce. Spiritualiter p ciuitatẽ obſeſſam ſub audi naturam hũanam: quã diabolus ſola inuidia ſic pſtrauerat: ipſamq; bonis gratuitis: mediãte peccato priuauerat. Vnde aug. in quodam tractatu hoſtis hu mani generis diabolus caput ſcelerũ: princeps uitiorũ ſuaſor malarum cogitationum: inuentor mortis: in tuitus eſt uidere hominem de terra pariter: & ad ima ginem dei creatum: innocentia ueſtitum tẽperantia cõ poſitũ: charitate ornatum: ſe ãt cũ eſſet angelus oib⁹ his priuatũ: ſtatim iudere cepit inſaciabilis homicida & nos: noſtroſq; parẽtes his talibus: & tãtis bõis ſpo liauit parit̃: & pemit. Sic iſte padiſi apoſtata ſpũs ĩm mundus humanã naturaʒ obſeſſã detinens irridebat & exprobrabat: querens: qs ex hominib⁹ auderet de ſcendere ad ſe liberandũ de ſuis carceribus: ſciebat. n. nulla naturali cognitione priuatus: ſe naturaʒ hũanã expoliaſſe gratie ueſtimento. Ex quo ſciebat homi nes ſe iuuare non poſſe: quia qui facit peccatum. ſer uus eſt peccati. Nouerat tamen deum potentiſſimũ: et de ſue uoluntatis arbitrio hominis morbo poſſe ad hibere remedium: ſed diem expertus iuſtitie: preſcie bat: hec non poſſe fieri: niſi adeſſet iuſtus: qui damnũ ſolueret fraudis facte. Igitur diabolus ex his pre miſſis concludebat affirmans: q neque deus: qui pa ti non poterat: neque homo: qui erat impotens: ſa

tiſfaceret: ſed incuruatus mente non aduertebat: q
ex homine: qui pati poteſt: & ex deo: qui eſt potens:
fieret unus. Ideo mirabatur cum ſacra ſcriptura illi
de chriſto promiſſo minabatur: quinimo ſanctos in
limbo quamplurimum deridebat. & ſic ſuper flu-
mina babilonis eductos interrogabat uerba cantio
num: ubi ſunt dii ueſtri: in quibus habetis fiduciam:
&c. Sed iſai. de monte. i. pater de celo ſciens tres filioſ
ſuos obſeſſos miſit filium ſuū: &c. Subaudi per tres
filios tres anime uirtutes. ſ. memoriā: intelligentiam:
& uoluntatem: in his enim conſiſtit ymago trinitatis
Venit. n. paruulus dei filius: qui ſeipſum exinaniuit:
& refecit primo fratres ſuos. ſ. iudeos refectione cele-
ſtis doctrine: & cū ipſe ſe diceret expugnatorem ꝓ hu
mano genere: increpabant eum dicentes: iſte blaſphe
mat: & uolebāt eum lapidare. Tandem ipſe affirmās
deieciſſe leonem: & urſum de celis uolētes rapere oues
patris. i. angelos paradiſi: & miraculis confirmando
ſe filium dei eſſe: uoluerunt ipſum munire armis regis
qñ uꝫ uoluerūt ipſum regē facere: & abſcōdit ſe: ñ poſ
ſum inqt cū talibus armis accedere ad bellū: nō eſt in
qt regnū meum de hoc mūdo & collegit tūc quinqꝫ la
pides fortiſſimos. ſ. icarnationē: paſſionē: reſurrectio
nē: aſcenſionem: & ſpūſſancti miſſionem. Et ſic ince-
dens mortalis ſimul decepit goliā: & lapide illū ꝓſtra
uit illū percutiens. Et crucem: quā ipſe diabolus iuda
& iudeis mediantibus preparauit etiā interfecit: & ſic
liberata eſt humana natura: & exterminatus eſt dēo-
num exercitus: ꝓſtrato: ac debellato accepto diabo-
lo per xp̄m: quem diabolus excecatus: nō deum: ſed
purum hominem eē credebat. Ideo ſecum in ſocio: ac
perfido ꝓditore illo aſſumpto diſcipulo ſe ad pugnā
contra chriſtum ingeſſit: a quo digne expugnatus ē.

Vnde leo papa in ſermone de tentatiõe diaboli deſcri bens diaboli cecitatem: & eiuſdem proditoris ſocie tatem ait. Nec ipſe diabolus intellexit: ꝙ ſeuiendo in xpm ſuum deſtrueret principatũ: qui antiqua fraudiſ iura non pderet: ſi ſe a dñi ſanguie otineret. Sed mali tia nocendi auidus: audax dũ in dñm irruit: ruit: dũ capit: captus eſt: & dum perſequitur mortalem: icidit in ſaluatorem. Inuenit ſane cum illo molimine prudẽ tis audacie dignum cooperatorem: dignum ꝗ; ↄſortẽ: cum impius iudas maluit magiſter eſſe diaboli: ꝗ chri ſti apoſtolus: quem non timore perturbationis deſe ruit: ſed pecunie cupiditate diſtraxit: hec leo.

& bachalarii: quod ſi fiat: leuiter fugatur amalech: & ſuperant uitia: & pctã: ſi aũt econuerſo: diabolus uincit omnes. Ideo animaduertant ſuſtinentes reos: & illos in ſuis erroribus defendentes: qm̃ hic infamiam: & in futuro incurrent gehennã: unde leo papa: & ponitur in decretis di. lxxxvi. Facientis pculdubio culpam habet: qui quod poteſt corrigere: negligit emendare: & negligere cum poſſis: perturbare peruerſos nil eſt aliud q̃ fouer̃. Nec caret ſcrupulo ſocietatis occulte qui manifeſto facinori deſinit obuiare: & primus gradus innocentie eſt odiſſe nephanda: & late pandit delinquentibus aditum: qui iungit cum prauitate conſenſum: & nil prodeſt alicui: non puniri proprio: qui puniendus eſt de alieno peccato.

NOli eſſe ſicut leo in domo tua: eccleſiaſt. iiii. Leo enim dicitur eſſe fortiſſimus inter omnia animalia et a nullius pauet in curſu: ueruntamen ſeueritate eius interdum tẽperamento parcit proſtratis. Spiritualiter licet rectorem feritate uti oporteat: illa tamen eſt pro loco: & tempore temperanda. Nam ferox contra uitia: & dulcis erga perſonas: ut adimpleat illud auguſti. dictum in regula centeſima uigeſima q̃rta: ſcilicet corrige cum dilectione hominum: & odio uitiorum: unde ſeneca in libro de moribus. Nemo inquit prudens punit: quia peccatum commiſſum ẽ: ſed ne peccetur. Res enim optima eſt: non ſceleratos extirpare: ſed ſcelera: ideo debet quilibet rector ſuam temperare iuſtitiam: & fragilitatem ↄpati ſubditoꝝ. Fig. iudicum. xiiii. Vbi legimus: ꝙ ſanſon mel inuenit i or̃ leonis: quo hauſto: & comeſto pcuſſit philiſteõſ. Spiritualiter ſanſon tunc inuenit in ore leonis mel: quan B Fig.

do ſubdituſ inuenit in ore prelati paternam correctio
nem depoſita feritate. Ideo delinquens ſi ducedine ſe
percipit admoneri: unde puniri ſe nouerat: nõ immeri
to: debere confortatus ſuperioris dulcedine aggredi-
tur uitia: & peccata: & tanto fortius ea ſuperat: quan
to ſibi uidet liberius agere contra illa ex propria uo-
luntate: nulla pena cogente. Vnde grego. in paſtora-
li capitulo trigeſimooctauo. Nonnunquam qui in-
ter flagelloꝝ duriciem remanent incorrecti: dulci ſunt
admonitione mulcendi. Nam pleroſq; cruciamenta
non corrigunt: ab iniquis actibus leuia blandimenta
ↄpeſcũt: quia & egros quos fortis potio curare nõ ua
luit: ad ſalutem priſtinam tepens aqua reuocauit.

C IN omni ore quaſi mel dulcorabitur: ec-
cleſiaſtici quadrageſimonono. Nota ꝙ
in omni medicinali potione: ut pluri-
mum ponitur mel. Nam multe licet her
be: ſeu radices uim ſanandi habeant tã
ta eſt eorum amaritudo aliquando: ꝙ
non poſſet ipſas eger accipere: niſi dulcoratas mellis
commiſtione. Spiritualiter omniſ correctio fraterna-
lis licet de ſe bona ſit ad ſanandum animam peccato
ris: nihilominuſ non poteſt bene recipi: & ſuſtineri ab
egroto: ideſt a fragili peccatore niſi miſericordie dulce
dine temperetur. ps. Miſericordiam: & iudicium can
tabo tibi domine. Debet igitur prudenſ prelatus con
deſcendere ad ſubditoſ clementer: & ſeueritatem dul
Fig. cedine: dum expedit temperare. Fig. primo regum de
cimoquarto. Vbi legimus: ꝙ ionatas obtenta uicto
ria ĩ philiſteos inuenit mel: & ſumitatem uirge: quam
manu tendebat intixit in illud. Spiritualiter ionatas
interpretatur columba: et denotat rectorem: qui de-
bet

bet eſſe erga ſubditorum ſuorum cuſtodiam ſtudioſe ſollicitus: & pro ipſorum ſalute dominum interpellare continue. iſa. xxxviii. Clamabo: & meditabor: ut columba. Igitur iſte debet ſumitatē uirge: ſcilicet correptionis: & iuſtitie ſublimitatez melle miſericordie linire. Tunc enim fiet medicina ſalutis: ſi ex miſericordia: & iuſtitia una reſultet potio. unde gregor. in moralibus. Miſcenda eſt inquit ſeueritas lenitati: faciendo quoddam ex utraqꝫ temperamentum: ut nō multa aſperitate ſoluantur ſubditi. Hoc nimirum illa tabernaculi archa: in qua cum tabulis ſimul uirga: & manna erat: ſignificabat: quia cum ſacre ſcripture ſcientia boni rectoris ſit pectore: ſit etiam in uirga correctionis manna dulcedinis.

¶ De ira.

DE naribus eius procedit fumus olle ſuccenſe: iob. xlvii. Olla feruens ad ignem habet hanc proprietatem: quia ſi intra illam nonni ſi una faba eſſet: iſtam produceret ad os. A
Item ad os olle ueniunt oēs feces in illa retentas: que dum non feruebat: quieſcebant ei: & tantum interdum feruet: ꝙ cum fetidis ſimul emittit pinguedinem Spiritualiter per ollam igne ſuccenſam: ſubaudi perſonam ira preuentam: que ſi quicq̄ mali ſit: infamie proximi totum ore profert: q̄ntuncunqꝫ minimum illud & omnes feces ſcilicet blaſfemie: uel iniurie: que tempore quietis latebant in corde: non ſolum ore: ſed mēbris omnibus ira dominās pandit. Gregorius libro ſexto moraliū. Ire inquit tue ſtimulis cor accenſum palpitat corpus tremit: lingua ſe impedit: facies igneſcit exaſperantur oculi: & nequaq̄ recognoſcuntur noti: ore quidem clamorē format: ſed intus quid loquatur ignorat. In quo itaqꝫ iſte ab arepticiis differt: q actio

nis ſue cōſcius non eſt. Hec grego. ſicut ergo olla: que
ad ignem pinguia cum fecibus emittit: ſic iracunduſ
Fig. ſimul cum ueriſ falſa promit. Figu. ieremie primo: ubi
dictum fuit ipſi prophete: quid tu uides ieremias: &
ipſe: ollam ſuccenſam ego uideo a facie aquilōis. Et in
eodem item interrogat: quid tu uides. Et ille: uirgam
uigilātem ego uideo. Et dominus ad illum: bene uidi
ſti. Spiritualiter ſubaudi per ollam igne accenſam ho
minem occupatū: qui uerum non ualet diſcernere ca
rens lumine ueritatis. p̄s. xli. ſupercecidit ignis: & nō
uiderunt ſolem: & cato. Ira impedit animum: ne poſ-
ſit cernere uerum: facies itaq; uerſus aquilonē ē ex par
te diaboli: qui eſt rex aquilonis: danielis. xi. Eſt enim
diabolus ſemper ira plenus: & oīno implacabilis: ſed
uide: quia ſuper illum diuina ſententia ſemper uigilat
parata confringere peccatorem: niſi depoſita ira peni
tus manſueſcat. p̄s. vii. Niſi conuerſi fueritis: gladiuȝ
ſuum uibrabit.

B Nix grando: ſpūs procellarum: par calicis eo-
rum. p̄s. x. Eſtiuo tempore grandines fre-
quentius aggregant̄ q̄ hyemali. Ratio eſt:
quia per calorem fit attractio uaporuȝ a ter
ra ſurſum uſq; ad quādam aeris altitudinem ad quā
ſolis uerberatio non attingit: & ibi uapores illi nimia
ingelati frigiditate grauioreſ fiunt: & impetuoſe de-
ſcendentes: uirentia ledunt in campis: & quanto pro-
pinquior locus eſt: unde cadunt: tanto effecti grauio-
res grauius ledunt. Cum enim de altiori loco deſcen-
dunt: diminutiones fiunt: & per conſequens leuioreſ:
& minus ledētes. Spiritualiter per grandinem ira hu-
mana notatur propter ſimilitudinem utrobiq; reper
tā. Aggrauat̄. n. ira: qn̄ uapores. i. uerba cōtumelio
ſa per calorem ſuperbie auribuſ percipiunt̄: & eſtus ela

tionis

tionis:ſeu ſuperbie:ut diximus:illa ad conſiderandū elatam ſuſpendunt mentē:deueniūt.n.uſq; ad regionem illam frigidam in anima:ad quam nullatenus ardor chariatiſ attingit.Ibi.n.coagulanī ex frigiditate mentis:& indurant:atq; aggrauanī:et inde impetuoſe deſcendenteſ per blaſſemias: & infamationes ſecretorum reuelationes crudelitates īmanes:& diras leſiones uaſtant omnia uirentia:ideſt omnes uirtutes: omnia pacis federa: & fratrum unitates. Et nota:ꝙ quanto breuius eſt interuallum inter conceptum:et dictum:tanto amplius ledunt: quia impetuoſius feriunt. Si enim iratus animus ad tempus irā ſuā reſtringeret: et non ſtatim illam emitteret:diminutior fieret:& prauam aut nullam leſionem inferret. Et no. ꝙ ad litterā poſt nonā ſepius cadunt:qñ ſcilicet mero: et cibo uenter ampliuſ eſtuat:qa tunc homo leuiter in furorem aſcendit. Sed notandum: ꝙ in regione temperata raro deſcendunt grandines: ſic anima pacifica raro mouetur ad iram. Fig.exo.ix.ubi legimus: ꝙ in egypto cecidit grādo maior q̄ uſq; ad tempus illud uiſa fuiſſet:& occidit animalia egypti:& quicquid in cāpiſ ſpicatum inuenit:tamen in terra geſſen:in qua habitabāt filii iſrael:nihil mali fecit. Spiritualiter p grādinem:ut dictum eſt:notatur ira per egyptum menteſ tenebroſas:& caligine plenas ſubaudi: que ex earum ſupbia faciles ſunt ad iram:nullā ſuſtinēt reprehenſionem:nullam increpationem: ſed aggrauantes fraterna delicta trabem faciunt de feſtuca.& impetu ſue ire extingunt nedum ꝓximi bona:ſed propria: ſi qua fecerant:unde gregor.in paſtorali: dum perturbationi ſue minime obſiſtunt:etiam ſi qua a ſe tranquilla mēte fuerant bene geſta: confundunt. Et improuiſo impulſu deſtruunt quicquid forſan diu labore prouido

Fig.

conſtruxerunt. Per terram uero geſſem: que inter-pretatur libanum ſacrificiorum: ſubaudi uirtutem hũilitatis: & patientie: quã hereditant filii chriſti. matt. v. Beati pacifici: q̃m filii dei uocabuntur. In hos non ira habet locum: diſtincti. n. ſunt a filiis diaboli: quos furor ire uaſtat. gre. i. mora. In h̃ mẽs iuſta ab iniuſta diſcernit: q̄ oipotentis dei laudẽ iter aduerſa ↄfitet̃: q̄ ñ cũ rebus frangit̃: q̄ nõ cũ caſu exterioris glĩe cadit.

C Ecce uentus turbinis uenit ab aquilone. ezechi. i. Videmus. n. q̄ edificium altuꝫ fundamentũ habens debile aduenientibus uẽtis ualidis nõ ſubſiſtit: quanto eſt altius leuatũ: tanto fortior eſt ruina. Iõ primũ: q̄ cutandũ eſt in edificio: eſt ſtabilitas fundamenti: qa nõ ſolum eſt periculum de domus ruina: ſed etiã de habitantiũ interitu. Sp̃aliter edificiũ anime ſpirituale erigitur uerſus celũ cum cumulantur in ipſa uirtutes: & merita deo grata: quod quidem ſi debeat ſuſtinere: ſupponendum priuſ eſt fundamentũ hũilitatis: & patientie: ne per ĩpetum ire uelut a ualido uẽto

Fig. percuſſum fũditus eruat̃. Fig. iob. i. Vbi legitur q̄ in domo primogeniti eius ueſcebantur: & bibebant uinum. vii. filii. & . iii. filie ipſius iob: & repente irruit uẽtus uehemens a regione deſerti: & cõcuſſit quattuor angulos domus: que corruens oppreſſit liberos ſuos: & mortui ſunt. Spiritualiter per hanc domũ ſubaudi aĩam humanã chriſti ſanguine redẽptã: q̃ ſuſtentatur quattuor columnis. i. iiii. cardinalibus: ſeu moralibus uirtutibus. Inter epulantur. vii. miſericordie opera cum tribus partibus penitentie: ſed qa interdũ patientie fundamentũ nõ eſt firmum: irruente a regione inferna uento impetuoſe ire: cadunt quattuor anguli pereunt uirtutes: & oĩa bona priora pariter extinguũtur.

tur. gre. li. vi mor. per irã iuſtitia derelinquit: qa dũ perturbata mens iudiciũ ſine ratiõe exaſperat: omne: quod furor ſuggerit: rectum putat. Per iram grã iure ſocialis amittitur: qa qui ſe ex humana rõne nõ tem-perat: neceſſe eſt: ut beſtialiter uiuat: per irã manſuetudo amittit: per irã cõcordia rumpitur: per irã lux ueritatis amittit: qa cũ mẽti iracundia ꝯfuſionis tenebraſ incutit: hinc deus radios ſue cognitionis abſcondit. hec grego. Et ſic patet: quanta mala irruunt per iram in anima: ſine penitentia.

¶ De inuidia

VRſus eſuriens princeps impius: prouer. xxviii. No. urſus cadens de arbore: quã ut caperet poma: aſcenderat: iratus oẽs quos põt ramos arboriſ ſatagit unguliſ et dentibus laniare. Spũaliter per urſuꝫ ſubaudi inuidũ: ꝗ uidens ſeruos dei exercere opera ſapida: odorifera: bone fame: nitit illa extinguere: & uilipendere. Sed cum nõ põt: ſaltem ſatagit laudes: cõ-mendationeſq̃ illoꝝ ſuis detractionũ morſibus laniare. Fig. danielis. vii. Vbi legit: ꝙ inter beſtias: ꝗ de mari exibant: una erat urſo ſimilis: & habebat tres ordines dentiũ: & lacerabat multas carnes. Spũaliter per hanc beſtiã notatur inuidia: que inter pctã principalia egredientia ab amaritudine diaboli dr̃ eſſe ꝑꝫ peccatũ preceſſit. n. primo ſuperbia diaboli uxor: ex qua ſtatĩ orta eſt inuidia: aug. de uerbis dñi. Inuidia eſt filia ſuperbie: ſed iſta mr̃ neſcit ſine filiis eẽ: ubi fuerit ꝯtinue parit: ſuffoca matrẽ: & non erit filia: hꝫ hec beſtia. iii. ordines dentiũ: qa triplex genus hoĩum nitit lacerare aug. in quodam ſer. Inuidia inquit eſt odiũ aliene felicitatis reſpectu inferioꝝ: ne ſibi equentur: reſpectu ſuperioꝝ: qa eiſ nõ equatur reſpectu pariũ: quia ſibi eq̃n

A

Fig.

tur:unde chain iuidit abel proſperitatí:rachel lye fe-
cunditati:ſaul dauid felicitati : per inuidiam procura
tus eſt lapſus mundi:& mors chriſti.

B IN nouiſſimo mordebit ut coluber: ꝓuer.xx
iii.Coluber dict⁹ eſt a coloꝝ uarietate: ē.n.
ſerpens uenenoſus ualde:& quot hꝫ colores
tot hꝫ ide dolores.Eſt.n.mordax multū: la
tet.n.iſepibus iuxta uiā iſidiās uiatoribus.Spūaliter
ſubaudi ꝑ hunc ſerpentē iuidioſū hoiem:q tot in ſeip
ſo patiť dolores interius:quot ꝓximoꝝ ꝑcipit felicita
tes exterius.ſ.uñ proſper li.ii de uitiis: & uirtutibus.
Tātos inqt hꝫ pene tortores q̄toſ eius:cuí inuidet:au
A dit laudatores:mordet.n.coluber oēs : quos p̄t: ſic in
uidus morſib⁹ detractionū ſuaꝝ bonos lacerat uiros
quos ualet :ſed tanta eſt rabies iuidie ei⁹: ut ſepe ſup
ſeipſum redundet.Hyero.ad quandā dñam deteſtan
do inuidoꝝ caliditatē loqtur.d. O iuidia primū mor
dax tui: o ſathāe caliditas ſp ſancta pſequēs:iſte igiť
ſerpens pſequitur uiatores : qa peregrināťibus uerſus
celū ſua detractione mordaci inuidus prebet ipedimē
tum.Fig.gen̄.xlix.ubi legimus : ꝙ cū iacob filiis ſuis
Fig. futura prediceret:ait ipſi dan : fiat dan ſicut coluber
in uia & ceraſtes in ſēitis mordens ungulā eq:et cadat
equus & aſcenſor eius ad terrā.Spūaliter tribū dan ñ
legimus habuiſſe terras iter filios iſrael : per quā bene
poſſumus notare inuidū : qui inter ſanctos dei locū ñ
obtiebit:uñ cūbtūs io.ſignatas trib⁹ nomiaret apoc.
vii.tribū dan nullatenus noiauit : mordet igitur h̄ co
luber.ſ.inuidus:& ceraſtes : q eſt ſerpens minutiſſim⁹
latens in arena:uel puluere uiatoribus uite pn̄tis un-
gulas.ſ.operationes:qbus gradiunť ad celū : ut retro
cadat tā corpus q̄ ſpūs. Venenū ergo peſſimū hꝫ inui
dia.Petrus ra.in ſcr.filii ꝑdigi.Inuidia inquit maluꝫ
uetuſtum:

uetuſtuꝫ:prima labes:antiquum uirus: ſeculorum ue
nenum:hec ipſum angelū eiecit de celo: hec de paradi
ſo hoīem principem nr̄e generatiōis excluſit abrahe ꝓ
geniē propter ſanctitatis: & auctoris ſui cedē ad mor
tem ſaluatoris armauit: iuidia iteſtinus hoſtis nō cor
pus quatit:nō elidet ſepta membroꝝ:ſed in ipſam cor
dis areptat arcē:& anteꝗ uiſcera ſentiāt:ipſam dn̄am
corporis aīam predo capit: & adductaꝫ includit. Sed
no.ꝙ dum ceraſtes ſic latens inſidiatur equi ungule:
interdum calcatur: et comprimitur equi pede: ſic inui
dus ſanctos uiros nequiens ledere ſua torquet angu/
ſtia:unde geñ. in epiſtola. Nunꝗ melius torquebis im
pios ꝗ uirtuti & glorie ſeruiendo.

ARdebit uſqꝫ ad inferni nouiſſima:deut.xx/ C
xii.No.ꝙ illud:ꝙ alia debet ignire:prius de
bet eſſe ignitum i ſeipſo.No.etiam: ꝙ quan
to magis materia durior eſt: tanto amplius
ignita ignem cōſeruat:ſicut patet in ferro:ꝙ poſtꝗ in/
cenſum eſt:diutius ignem conſeruat ꝗ lignum.Spūali
ter ignis inuidie prius ſuum ſuccēdit poſſeſſorem:di/
uina iuſtitia ſuadente:unde ugo de ſancto uictore. In
uidia inquit nil eſt iuſtius: que protinus ſuū auctorē
cruciat:& quanto cor uel mens inuidi per obſtinatio/
nem durior eſt:tāto diutius ignis huius conſeruatur
in illa. Ideo diabolus in duritia totaliter obſtinatuſ
eterne inuidie ignem iugiter ſecum portabit: propter
quod auctor cenſetur inuidie:unde augu.in li.de do
ctrina chriſtiana.Inuidia uitium diabolicum eſt: quo
ſolus diabolus reus eſt:non enim dicetur diabolo :ut
damnetur. Adulteriū cōmiſiſti:furtū feciſti:ullaꝫ alie
nam rapuiſti: ſed hominis ſanctitati īuidiſti. Iſte igi
tur diabolus ſic ignitus:& ſuccenſus inuidia conatur
ardere:& ſeccēdere hominum nouiſſima. Nota:ꝙ il/

ſud nomen nouiſſima ſonat ultima. Nā bona in nob
tres ordines: ſeu ↄditiones habēt: ſcilicet principiū me
dium: & finem: principium habent in bōis cogitatio
nibus. Et tunc incipiūt florere: medium uero eſt uolū⸗
tatis conſenſus: & tunc incipiunt creſcere. finis autem
eorum: ſiue nouiſſimū eſt operꝝ cōſumatio: qa hec eſt
oīum ultimum: & perfectius. Torquet igitur diabo⸗
lus igne inuidie in floribus bonarum cogitationū: ſed
iſti flores leuiter extinguunt leui tentationis uēto: qa
tenelli: & infirmi adhuc ſunt: toquet aūt grauis cum
uidet in uiro dei flores cogitatiōis bene firmari: & ger
minare per conſenſum: ſed duriſſime laniatur cuꝫ fruc
tus ꝓſpicit ad maturitateꝫ debite operationis ueniſſe
ideo omnes uires ſuas: atqꝫ conatus ad illa nouiſſima
Fig. exterminā da īducit. Figu. apoc. viii. Vbi beatus ioā.
uidit ſtellam de celo cadentē: tanq̄ faculam ardentē:
& nomen ſtelle abſinthium: & cecidit ſuper tertiā ptē
fluminum: & tertia pars aque facta eſt abſinthiū: &
multi homines mortui ſūt. Spūaliter p hanc ſtellā de
celo cadentē: ſubaudi inuidiā diaboli: q̄ nō ualuit cō⸗
tra deū: ↄtra quē primo exarſit: ſed ꝑdidit uires ſuccē
ſa ſue neqtie igne: & proprio furore: hec ſtella ſuccēſa
de celo cadens irruit ſup tertiam partē flumium: quia
ſup omnia hominum nouiſſima: ideſt opa bona: que
facta ſunt: ut abſinthiū. Nota: ꝙ inuidia eſt ſuper om
ne abſinthium amariſſima: quia dulcia: & ſapida ope
ra in amaritudinem commutat. Nam obedientia pri⸗
morum parentū: que fctōris palato erat dulcis: & ſua
uis in tantum fecit per inobedientiam amaram: ꝙ po
tius ipſe dei filius uoluit mori: q̄ talem amaritudinem
ſuſtinere. Item nota: ꝙ omnia nouiſſima: ideſt bona
opera chriſtianorum amaricat: cum lingua mundi lu⸗
cidis fideliū operibus ſuis morſibus detrahit: & ꝙ ſe⸗
quitur

qtur:& mortui ſuntmulti hoies. Ergo expone:ꝙ non ſolū inuidia occidit inuidū:ſed ēt auditores:& aures libenter prebētes: detractoribus ꝓximorū:unde ber. in li. de conſideratiōe: detractor inqt:& libenter auditor uterq; diabolum portat:in lingua ille:iſte in auribus. Igit qui non uult amaritudine inuidie uenenari procul fugiat detractionis uirus: nā dum detractor te uiderit nō libenter audire:non facile pōt detrahere Patet igiť qualiter inuidia ignis eſt:nouiſſima noſtra: ideſt bona opera ardens:atq; cōſumens:reducens bōa omnia hominum in fauillam.

¶ De hypocritis.

QVi nō accipit crucē ſuam:& ſequitur me: nō A pōt:&c. mat. x. uulgo dicit:ꝙ aſinus portat bladum:& nihil comedit ex illo: uidemꝰ & portantes magnos:& groſſos piſces ad domos nobiliū:& accepto bolo panis deponunt piſcem: & redeūt:nec de piſce quicq̃ comedunt. Spiritualiter hypocrite ferunt ſepe crucis podera per ieiunia: uigilias:exterminatōes faciei:& alia penitentie opera:ficta tamen:& inutilia:& nihilominus merita crucis nō ꝑcipiunt:nec participāt:ſed ſolo bolo laudis humāe cōtenti crucis merita perdunt. gre. viii. moraliū. Quid ī cūctis operibus ſuis hypocrita aſpectat: niſi reuerentiam honoris:& gloriam laudis humane:a melioribꝰ metui:ſanctus ab omnibus uocari:ecce quo modo adulteratur liquor balſami. Fig. Figu. mat. xxvii. Simon cireneus angariatus a militibus pilati: & phariſeorum familia portauit crucem chriſti pretio:ſed non ē crucifixus in ea. Spiritualiter per ſimonem: qui interꝑtatur obediētia: ſubaudi hypochritā:q a demonibus deluſus:illis obediens efficitur:unde illi homini laborem ſuadēt penitētie inutilē ꝑ deformitatem iactan-

tie: & hypocriſis ad illudendū ei. Vñ aug. de cōflictu
uitioꝝ dicūt demones hypocrite: age bonū: ꝙ uales
oñde cunctis bonum qđ agis: ut bonus a cunctis di-
caris: ut ſanctus: & uenerabilis prediceris ab oībꝰ: ut
dei electus uoceris: ut nemo te contemnat: ut nemo te
deſpitiat: ſed uniuerſi debitū tibi honorē pſoluāt. Sic
igit hypocrita a demonibus angariatus: cruce accep-
ta: praua intētione pōdera crucis portat: ſed nō ſequi
tur crucifixū. Ille humilis: & patiens: & iſte impatiens
& ſuperbus. ille pro ſuis perſecutoribus orauit: iſte cō
tra plane loquētes iraſcitur pronus: & ſolicitus ad uin
dictam: iō tales nō merentur crucis premiū: licet ſuſti
A neāt crucis ſimulacrum: uñ hyero. in quodā tractatu
perfacile iquit eſt hr̄e ueſtem cōtemptam: ſalutare ſub
miſſus māus deoſculari: ꝑlatis incliato capite: & deie
ctis oculis hūilitatē: & manſuetudinē policeri: lēta uo
ce ꝑmōes ifringere: crebriꝰ ſuſpirare: & oē uerbū ſe mi
ſerū: & peccatorē clamare: & ſi leui ꝑmone offenſus ſis
continuo attollere ſupercilia: leuare ceruicem: & deli-
catum illum oris ſonum in ſano: repēteq; clamore mu
tare. Aliam ieſus docuit humilitatem: qui cum male-
diceretur: nec maledicebat: cum pateretur nō cōmina
batur. Auferantur figmenta uerborum: ceſſent ſimu-
lati geſtus uirum humilem: patientiā probant iniurie
hec ille. Quia igitur hypocrita opera crucis non bona
ſed praua: ut uiſum eſt intentione peragit: ideo crucifi
xi premia non atingit: uñ gre. viii. mora. Simon crucē
portās nequaq̄ in cruce moritur: qa omnis hypocrita
corpus quidem per abſtinentiam affligit: ſed tamen ꝑ
B amorem glorie mundo uiuit.

QVeſiuit lanam & linum: prouerbiorum. x-
iii. Nota: ꝙ de lino per ſe: & de lana p ſe fiūt
boni: & utiles panni: ſed de utroq; ſimul fit

pãnus ſophiſticus: rõ eſt quia textura illa nimis eſt de formis: non enim ſimul coueniunt: quia unuꝫ eſt molle: reliquũ corrodet: & lacerat. Spiritualiter homo uacans diuinis corde pariter: & opere eſt optimus: homo etiam uacans corporalibus rebus: uiuenſqꝫ proprio ſudore beatus eſt: & bene ſibi erit: niſi legi dei in aliquo cõtradicat: ſed hypocrita abſcondens prauitatem intentionis ſub operibus piis peſſimus eſt. Señ. malus tũc eſt peſſimus: cum ſimulat eſſe bonus. Figu. deute. xxii. Vbi preceptum fuit: ſacerdotem nullatenus ueſtimẽto uti lino: & lana cõtexto. Spiritualiter ſacerdos quemlibet fidelem denotat: ſumus enim genus ſacerdotum lana & lino ueſtimentum contextum portãt qui prauitatem operum nituntur geſtibus cooperire humilibus: uel qui propria opera nituntur ſimulatione colorare: uolunt enim eſſentialiter eſſe mundani: & per ſophiſticos geſtus habere: & apparere diuini cõtra quos beatus gregorius exponens illud eccleſiaſtici li. ueh peccatori terram ingredienti duabus uiis: ſic dicit. Duabus quippe uiis peccator terram ingreditur: quando: & dei eſt: qđ opere exhibet: & mundi: qđ p cogitationem querit. Hec igitur & ſi excludenda ſint a mentibus omnium fidelium uniuerſaliter: ſublimiꝰ tamen debent excludi ab animo predicatorum diuini uerbi: ne ipſi uerbum dei humiliter loquentes ore bonum exterius praua intentione corrumpant: gre. viii. moralium: figuram ſupradictam exponens ait. Non indues ueſtem lana & lino contextam: per lanam ſimplicitas: per linum ſubtilitas deſignatur. Et nimium ueſtis: que ex lana: & lino contexitur: linum interius celat: lanamque exterius demonſtrat: ueſtem ergo ex lana: linoque contextam induit: qui in actione: & locutione: qua utitur: uirtus ſubtilitatem

Figu. bi. ſ iiii

malitie operit: & ſimplicitatem foris inocentie oſ̄dit.
C P Ercutiet te de⁹ paries dealbate. act. xxiii.
Non bñ põt iudicare: de qua materia do
mus ſit edificata foris dealbata cemento
Nam iterdũ erit interius de luto: et credit
foris de politis lapidibus: q̄a cemento: ul
calce põt later utrunq;: ſed ſi quis muꝝ modicũ mar
tello fodiat: ſtati de qua materia domus ſit: plenarie
experietur. Spũaliter non põt homo plene cognoſci p
dealbationem exterioꝝ opeꝝ: qualis itrinſecus per in
tentionẽ ↄſiſtat: q̄a ſepe hypocrita per exteriora ope
ra artificialiter ouem ſimplicẽ ſe oſ̄dit: & intus erit lu
pus rapax: uñ greg. in moralibus: hanc artem deſcri
bens ait: hypocriſis eſt uirtutum ſimulatione clauſuꝝ
uitium abſcondere: & arte paliare. Nõ igitur põt intel
ligi: q̄lis interius lateat: quia hõ ſolum uidet: que fo
ris ſunt: deus aũt ſolus intuetur cor: ſed ſi martello ali
cuius ↄtumelie feriat: q̄uis plãe: ſtatim appebit: quod
Fig. itrinſecus latebat. Figu. ezech. viii. Vbi dñs dixit ip
ſi prophete: fili hois fode parietẽ: & ſubditur: & cũ fo
diſſeꝫ parietem: apparuit oſtium unũ. Et dixit ad me
ingredere: & uide abominationes peſſimas: & ingreſ
ſus uidi: et eccẽ ois ſimilitudo reptilium: & aialiũ abo
minatio: et uniuerſa idola iſrael depicta erant in parie
te in circuitu per totũ. & lxx. uiri de ſenioribus dom⁹
iſrael. Spũaliter per parietem occultantẽ: que ſunt in
tra domũ denotatur hypocrita abſcondens prauã in
tentionem in corde: pfoditur uero paries cũ hypochri
ta exponitur alicuius ↄtumelie: ſiue iniurie: aut incre
pationis examini: ſtatim. n. apetitur oſtiũ nequitie: &
malignitas: que latebat in corde: ſtatim ore panditur
per irã: & ipatientiam: & etiam uidebũtur occulta pa
tefieri: uidebatur nanq; ſimilitudo reptiliũ: atq; ſerpẽ
tium:

tium: per quã ſubaudi ſupbiam: & inuidiã: uidebat brutoꝝ aníalium abominatio: per quã ſubaudi luxuriam et crapulam: uidebantur uniuerſa ydola iſrael: p que ſubaudi cupiditatem & auaritiam: que ſunt idoloꝝ ſeruitus. Sed inter iſta apparent. lxx. uiri ex iſrael: qa decẽ precepta: & vii. miſericordie opa ſolũ ibi depicta ſunt per quandã ſimilitudinem: & hypocriſim: ſꝫ uere nõ pſiſtunt. Et ſic pꝫ qualiter hypocriſis abſcondebat multa mala: que aduerſitatiſ ꝓbatio mãifeſtat. Pe.ra. hypocriſis eſt ſubtile malũ: ſecretum uirus: latens uenenum: uirtutũ tinea: hypocriſis ſecura ſimulat: proſpera fallit: curioſa mẽtitur: & crudeli arte uirtutem truncat: iunctione uirtutum ieiuniũ perimit ieiunio: orõnem orõne euacuat: miſericordiam miſerratione proſternit: hypocriſis cognita febri frigido poculo propinat ardorem: quod corpibus eſt hydropicus: hoc eſt hypocriſis aníabus. Nã hydropicus bibendo ſitit: hypocriſis uero inebriata ẽ ſiti. ſi pe.ra.

D

Offerte illi icenſum dignũ in odorem ſuauitatis. eccle. xlyi. Nota φ eſt quedã ſpecies picis per omnia icẽſo ſimilis: nec põt bene cognoſci unum a reliquo: iõ niſi ſint prudẽtes mercatores ſepe decipiunt: ſed experimentum capitur: & firma notitia: qñ ponuntur ſuper ignem: nam ſi ſup ignem ponitur: unum redolet: & aliud fetet. Spũaliter inter hypocritam: & ſanctum uirum nulla apparet differentia in geſtibus exterioribus: imo frequenter acta ſpũalia deuotiora oñdit: q̃ rect⁹ & ſimplex arte hypocriſis decorata. Sed unũ a reliquo tunc diſcernitur: cuꝫ ambo examini ignis tribulationis exponũtur: qa tunc ſimplicitas uiri dei per patientiã odorem ſuauitatis emittit: & hypocriſis uiri duplicis fetorem ire tribuit: ac furoris. Tale igitur incenſum non eſt do

Fig. acceptũ ĩ miniſterio eiꝰ. Fig. leuit. ꝑmo. Vbi legimꝰ ꝙ
ꝓceptũ fuit filiis iſrael: ꝙ nõ fieret adolatio niſi de incẽ
ſo electo: & probato: & illud tale poneretur in turibu
lo. Spũaliter per incenſum electum ſubaudi uirum re
ctũ: & ſimplicem: q igne aduerſitatis examinatꝰ: am
plius ſemper redolet in diuino ɔſpectu: eo ꝙ totã ſuaꝫ
intentionem finalem in deo ſuo ponit. Ideo uelut in-
cenſum aromaticũ amplius ſemper ꝓficit in examine.
gre. xxvi. mora. Sanctoꝝ inquit mentes eternitatis p̃
mia preſtolantes: uires ex aduerſitatibus ſumunt: qa
creſcente pugna glorioſam ſibi nõ ambigunt manere
uictoriam. Electoꝝ deſideria dũ premuntur: aduerſi
tate proficiunt: ſicut ignis: dum flatur: premit̃: ut creſ
cat: & ubi quaſi extingui cernitur: inde roboratur.

¶ De lachrymis.

A LAuit corpus ſuum: & unxit ſe. iudit. x.
Vani homines: & carnales uidẽtes mu
lieres abiectas: & ſordidis ueſtitas non
conſurgunt in illas concupiſcentiis: ſed
cum uidẽt illas unctas: & ornatas. Spi
ritualiter dum humana anima cooperta eſt peccatoꝝ
ſordibus & uitiorum: non multum tentatur a diabo
lo: & mundo: ratio eſt: qa tentationum malorum au
ctor non curat tentare: quos ſe nouerit recto iure poſſi
dere: ſed dum uideat animam ornatam uirtutibus: et
meritis: cõburitur concupiſcentie ardore: & inducens
mundum ad ſubſidium ſue prauitatis: omni ſtudio il
lud ad ſue uoluntatis conſenſum inducere conatur.
Fig. Fig. danielis. xiii. Vbi legitur: ꝙ ſuſanna ingreſſa po
merium uiri ſui lota uncta ꝑ oleo: in tantum eſt a duo
bus ſenibus: & iudicibus moleſtata: ut ſententiã mor
tis ſubiſſet: ſi daniel ipſam prophetico ſpiritu illuſtra-
tus non liberaſſet: & tamen nil moleſtie contulerant

duo ſenes ſuſanne in domo ferialiter morati. Spiritua liter ſuſanna interpretatur gaudium gratie: & dẽotat animam chriſti gratia coadiutam: & per penitentiam deo coniuctam: de hac eſt magnum gaudiũ corã deo: & angelis eius. Hec igitur intrat pomeriũ uiri ſui: quã do intrat uiridarium ſacre ſcripturẽ toto cordis affectu ac ſollicitudine intellectus: ibi enim abundant aque uiue fontis: ideſt deuotionis lachryme: quibus laua tur anima. Ibi enim eſt copia mirati olei compunctio nis cordis: quo caput ei⁹: ideſt chriſtus erga illam dul citer manſueſcit. His igitur tota anima decora fit: & pulchra: & auctor omnis mali cruciatẽ inuidia: ideo nititur omni ſtudio mundo ſecum aſſumpto illam in ducere precipitio ad peccatum: mundus nanq; ſugge rit ſuas exerceri delicias: delectationibus perfrui: pro ponit preſentis uite dulcorem. Sed diabolus ſuggerit diuturnitatem temporis longioris uite: poſſe fieri pe nitentiam tempore ſenectutis: & ſic ſuis diris cruciati bus uelut lapidibus animam obruere feſtinant. Sꝫ la chrymis impetrat ſubſidium danielis: per quem ſub audi timorem pene gehenne promiſſum peccatoribus declarantem & omnia: que peccatores recepturi ſunt de peccato lucide iudicantem: & ſic cognoſcuntur te ſtes mendaces. Et anima a peccati interitu liberatur: & mundata lachrymis chriſto ſuo ſponſo redditur in columis: & iocunda: ideo criſoſto. ſuper matt. Nemo inquit ad deum aliquando flens acceſſit: qui non qđ poſtulauerit: acceperit. Nullus ab eo dolenter benefi cia optauit: qui non impetrauerit: ipſe enim conſolatẽ flentes: dolentes curat: penitentes informat.

Nima mea ſicut tra ſine aqua tibi. ps. cxlii. B

a Nota: ꝙ ex defectu aque: ſterilis eſt terra a fructibus: producit ſpinas tantum: que nõ egent humido. Et ſi iterdũ fructuoſas ꝓdu

cat arbores:efficiũtur ſilueſtres:& fructus eaꝝ inutiles ſũt agreſtes:& ſine dulcedie. Spũaliter aĩa noſtra ſine aqua lachrymaꝝ ĩfructuoſa res eſt:pũctiões pctõrum & malarum cogitatiõum germinat: et producit. Ille ſunt:que copioſe in aĩa lachrymarũ aqua priuata naſcuntur:& ſi fructus iterdum bone cogitatiõiſ producat:nõ perueniũt ad debite maturatiõis effectum: qa ad premium patrie eterne nõ attingũt: ſed ad mẽdici
Fig. tateꝫ retributiõis terrene. Figu.i.regũ.i. Ubi legimuſ ꝙ elchana habebat duas uxores:quaꝝ altera ſterilis erat .ſ.anna:altera uero fecunda:ſcilicet fenena: feſto uero ſacrificii adueniẽte dedit elchana uxori ſue: et filiis ſuis:& filiabuſ portiõem optimã. Anne uero triſtis unam partem dedit debilem:quod ãna uidẽs acceſſit ad templum:ubi nimium lachrymata eſt: et ibi narrãs cauſam ſui doloriſ ſacerdoti hely: a ſacerdote accepit ſobolis ꝓmiſſiõem: que poſt modũ cõcepit de uiro ſuo:& peperit ſamuelem prophetã dñi: unde ipſa gaudẽs fecit cãticum iſtud. Exultauit cor meuꝫ in dño &c. Spiritualiter per elchana: qui iterpretatˀ poſſeſio dñi denotatˀ xp̄s:in quo cõſiſtit poſſeſſio beatitudinis noſtre: nam in ipſo eſt humanitas:& diuinitas quas totus homo in patria poſſidebit. Habet igitˀ duplicẽ uxorem:qa aĩam iuſtã:que fecũdata eſt:& aĩam peccatoris ſterilẽ:ambas enĩ in baptiſmo deſponſauit ambas.n.creãdo ſua imagine decorauit. Sed una earum eſt fecũda:hec eſt aĩa iuſti:que ꝓducit ꝯtinue merita deo grata:optimã ipſa a deo pre oibꝰ accepit portiõem qa eterne beatitudinis premia:& nihilominus recipit in p̄nti diuiam gratiã:ſterili uero.i.peccatrici:& impenitenti aĩe lachrymis ꝯtritionis carẽti triſtis:hoc eſt iratus dat miſerã portiõem:qa bona tẽporalia tantum:unde anna: que interpretatˀ ima: quaſi deiecta

ſed interdum hec ad ſeipſam rediens : & cōſiderās mi
ſerie ſue ſtatum: merore cordis intrinſecus ſauciata:la
chrymaſ multas corā ſacerdote: ſeu confeſſore effun⸗
dit: & narrato anguſtie caſu.i.culpa meretur cōcipere
& parere ſamuelem prophetam dn̄i.Samuel.n.inter⸗
pretatur exauditio gratie dn̄i:qa aīa ob ſterilitatis ca
liginem prius obnubilata poſt lachrymarū effuſiōem
lucida fit:& fecūda:unde cri.ſuper mat.ſicut poſt ue⸗
hemētes hymbres mundus aer:& purus efficit̄ : ita ēt
poſt lachrymarum pluuias:ſerenitaſ mentis ſequitur:
atqȝ tranquilitas.

AQua ſalutariſ potauit illuȝ :eccli.xv.Pericu C
loſa res eſt itinerātibus uias inaquoſas pge⸗
re.Nam itineris labore mēbris īterioribuſ ca
lefactis.ſi homo priuet̄ potus beneficio ē in
periculo nō paruo.Vnde cū talem qs patit̄ eſuriem:in
uēto fonte ad illū magna alacritate declinat:& refoci
latus totus īcedit ylaris uias ſuas . Spūalr̄ oēs ſumus
uiatores tēdētes ad terminum uite noſtre.ſ.ad mortē
per quā ad uitam feliciorē ſperamꝰ peruēire.Sed i hac
uite uia ꝓpter eſtum iugis tētatiōis diaboli ſuccēdūt̄
membra iteriora aīe per cōſenſum.Et niſi hoc incēdi⸗
um unda lachrymarū extinguat llāguet aīa :que refo
cilata dulcedine lachrimaꝝ ylariter pergit per uiam ti
moriſ dei:quouſqȝ peruēit ad regnum cōſolatiōis eter Fig.
ne:que diligētibus ꝓmiſſa eſt.Figu.exo.xvii.Vbi le⸗
gimus:ꝙ ſitiētem populū iſrael : moy.percuſſa petra
oreb potauit aqua latiſſima:& poſtmoduȝ debellato
amalech peruenit ad mōtem ſynai:ubi deo facie ad fa
ciem locutus eſt.Spiritualiter per moy.qui interpreta
tur aſſūptus d' aquis ſubaudi fidelē chriſti:qui ex aqs
baptiſmi a deo aſſumitur in filium adoptionis.Ten⸗
dit igitur iſte cum populo aīe ſue ad terram promiſ.ſ.

ad eternam gloriā nobis ꝓmiſſam: et a xp̄o acquiſitā
Et ſubaudi per hūc populum memoriam: itellectum:
et uolūtatem: ueniūt igit̄ in oreb: que iterpretatur ſic
citas: quia traſeūtes uitam pn̄tem: neceſſe eſt iterdum
calidi hoſtis tētatiōibus eſtuari. Tunc igitur uirga pe
tra percutitur: & fluūt aque: qbus populus huiuſmo
di cōfortatus eſt: & ſtrenue ſupat amalech. i. diabolū:
& ylaris: atq̧ gaudēs peruēit ad mōtē ſynai: qui iter
pretatur celſitudo: per quem bene ſublimitas celeſtis
glorie denotat̄: ubi deus loquitur aīe lachrymāti beni
gne: & ſe illi prebet i premiū: et ſic patet quāta ſit la
chrymarum potētia: unde ber. in quodā ſer. O humi
lis lachryma tua eſt uirtus: tua eſt potētia: tua eſt pote
ſtas: tuum eſt regnum. Ante tribunal iudicis ſola ītra
re nō uereris: quicquid illi petieris obtiebis: ſi uacua ī
trabis: uacua nō exibis. Accuſātibus inimicis impōis
ſiletium: nō eſt qui te accedere prohibeat. Magis dia
bolum crucias q̄ gehēna: quid plura uincis inuincibilē
& ſuperas omnipotentem.

¶ De luxuria.

A Sume arma tua: pharetram & arcū: et egre
dere foras: gen. xxvii. In bello mortali ſagit
tarii: & arcarii debent a diſtātibus preliari.
Nam ſi ad pugnā de propinquo acceſſerint
ars ſagittaria illis modicum prodeſſet: nam anteq̄ tra
herēt baliſtā: uł arcū: ab hoſtibus occiderent. Sed dū
ſic a diſtantibus pugnant: magnam partem uictorie
ꝯferūt exercitui: nec poſſunt ledi faciliter ab eqtib⁹ qa
dum ſic diſtant ab equitibus: anteq̄ propinquēt: mul
tas emittunt cōtra eos ſagittas: quibus grauiter uul
nerātur. Spiritualiter nos ſumus ſepe i mortali pugna
cōtra uitia carnis: nam ipſa ad eternā gehēnam: quos
pn̄t ſuperare inducūt: & qđ terribilius eſt: qa ſola nō

ueniunt

ueñit: ſed multiplici comitatu uallata fideleſ xp̄i ĩuadũt. Vnde ber. ſup can. Luxurie currus quadriga uoluitur uitioꝝ ĩgluuie: ſcilicet uẽtris libidine coitus: molitie ueſtium: ocii ſoporiſ ꝑ reſolutiõe: trahitur eqs duobus: proſperitate uite: & rerum abũdãtia: et hi q̄ preſident domini ignauie torpor: et infida ſecuritas: igit̃ hoſtis hic tam ſtrẽuus ſupari neq̄t: niſi duabus ſagittis. ſ. oratiõe: & ieiunio: teſte dño: qui ait. Hoc genus demoniorum nõ eicitur: niſi ieiunio & oratiõe: ſed neceſſe eſt a diſtãtibus eſſe in huius prelio. ſ. a uiſu: & locutiõibus blãdis munuſculis mulierum alioquin i certamie ſuccumberet. Vnde hyer. in quadã epiſtola. Solus cũ ſola oĩno nõ ſteteris: ſi iſamiam metuis & ruinã Nam credas mihi: quod nõ poteſt cũ deo puro corde ambulare: & lucem fame ſue ſeruare ĩmaculatam: qui mulierum colloquiis delectat̃. Si ergo diu a luce pfuſus ſui dñetur corporis miles xp̄i ieiunio: et cor pronũ habeat ad iaciẽdum oratiõis ſagittas: & uictorioſus uictor oĩa ſuperabit. Fig. apoc. vi. ubi ſcribit ioã. Ecce inq̄t equus albus: et qui ſedebat ſup eũ habebat arcũ & data eſt ei corona: & exiuit uincẽs: ut uinceret. Spiritualiter per hunc militem ſubaudi pudicum: et caſtum: per equum uero album ſubaudi corpus mundũ Nam per equum in ſacra ſcriptura intelligitur corpus iſay. xxxi. Equi eorum caro. Igitur iſte miles arcum manu tenet: quando cor habet ad orationem peruigil. Idcirco coronatur uictoria: & eſt contra ſupradicta uitia egregius triumphator: qui ergo uult de luxurie uitio triumphare ſagittiſ orationis: & ieiunii muniatur: alioquin neceſſe erit illum conflictus confuſionem ſubire. Bernar. Luxuria omnem etatem corrũpit: omnem ſenſum confundit: omnem ordineꝫ ſoluit oẽm gradum peruertit: iuadit iuuenes: occupat ſenes: Fig.

inuoluit mares: & feminas: ſuperat prudentes: & ſim
plices non fugit: ſericum nõ timet cilicium nõ curat: la
ſciuiat in plumis: infeſtat in paleiſ: nulli unq̃ preſtat re
quiez per orationem: et abſtinentiã ſi fuerit fugata: et
& omni occaſione ſubtracta.

B Domus impleta eſt fumo: iſay. vi. Nota: ꝙ fu
mus eſt ſignum ignis: iccirco uidenteſ fu-
mum a diſtantibus: cõſueuerũt ad ignem fe
ſtinare. Spiritualiter cum ignis carnalis ꝯcu
piſcentie eſt in anima fumi caligo exuberat per omnes
ſenſus corporis: ut cõſueuit fieri per caminum: oculi
nãq; impudici fiunt: aures prone ad audiẽdum uana:
lingua uero ad loquendum leuia: manus ad operãdũ
praua. Et ſic omnia corporis membra caligine cecita-
tis repleta ignem libidiniſ accenſum in aĩa fore demõ
ſtrãt. Ad illa namq; ſigna demões ſolliciti currunt ad
aiam: quoniam plane cognoſcunt illam faciliter poſſe
Fig. obtinere. Figu. iudi. xx. Vbi legimuſ: ꝙ hoſtes filiorũ
beniamin dederũt ſignum inſidiatoribuſ gabaon: ꝙ
qñ uiderent fumum: ſcirent ciuitatem captaʒ: ꝙ ſic fa
ctũ eſt: ſuppoſito enim igne: fum⁹ incepit apparere: &
inſidiatores itrãtes interfecerũt filios beĩamin. Spũa
liter gabaon interpretatur uallis meſtitie: & recte de
notat aiam carnis ſue concupiſcentie preuentam. Vn
de & recte dicitur uallis meſtitie: qa luxuria omnem
triſtitiam ſecum ducit: cõtriſtãs aniam pariter: & cor-
pus ſimul: unde inno. de uilitatate cõditioniſ huma
ne. O extrema libidinis turpitudo: que nõ ſolum mẽ
tem effeminat: ſed corpuſ eneruat: nõ ſolum maculat
aiam: ſed corpus: uel perſonã fedat. Omne peccatum
quod fecerit homo: extra ſuuʒ corpus eſt: qui autẽ for
nicatur in ſuum corpus peccat: hanc igitur ciuitatem
optime cognoſcunt demones capiendã ad ſignũ fumi
idest

ideſt uanitates ab exterioribus ſenſibus emiſiſſe. Co gnoſcunt.n.illam intrinſecus ſuccenſam igne carnalis concupiſcentie: & cateruati accedētes ad illā: occidūt oēs filios beniamin: qui interpretatur filius dextere: qa oia opera meritoria: quibus hō ponendus erat cū ouibus chriſti ad dexteram: exterminant: & occidūt aiam ipſam diuerſis repletā uitiis poſſident captiuā: hyero.in quadam epla.O ignis infernalis luxuria: cu ius materia gula: cuius flāma ſuperbia: cuius ſcintille praua eloquia: cuius fumus infamia: cuius cinis ino pia: cuius finis gehenna.

SVper cecidit ignis: & non uiderūt ſolem.ps. lyiii.Not.ꝙ hora meridiana ſtante ſole in ca lore ſuo ſup nos nō fiunt coruſcatiōes: atq; uaporatiōes in aere: ſed ſole ad occaſū acce dente. Et rō: qa in meridie dū calor eſt extenſior uapo res illi ibibunt calorē: & calefacti deſiccant: & efficiūt leues: & icipiunt aſcendere. Et anteꝗ ſint ad locū illū frigidiſſimū aeris: ad quē ſolis reuerberatio nō attin git: appropinquat ueſpertina hora: & ſol tēdit ad oc caſum. Spūaliter qn̄ ſol recte cognitionis eſt ſup nos: ignis cōcupiſcentie non pōt coruſcare in noſtra mēte: ſed ſole recte rationis accedente ad occaſum: uapores carnaliū appetituū deueniūt. Et aſcēdunt uſq; ad cō ſenſū uoluntatis: qui eſt locus ſūme remotus ab amo re dei: & feruore charitatis: & ad quē n̄ attingit lumē ſacre ſcripture. Et tunc uapores illi ſuccēſi igne libidi nis deſcendunt ad opera: & tota aīa infamie caligie denigratur. Fig.geñ.xy. Vbi legimus: ꝙ cū occubuiſ ſet ſol: facta eſt tenebroſa caligo: & apparuit cliban? fumans: & lampas ignis tranſiens inter diuiſiones ca dauerum. Spūaliter fit caligo mētis: & obſcuritas in aīa: deficiente rationis iudicio: & apparet quaſi cli

C

Fig.

banus fumans:qa ignis libidinis:qui latebat in cor-
de per ſenſuum ipudentiam manifeſtat: & bñ ſubdit
ꝙ apparuit lampas ardens tranſiens p cadauera:qa de
lectatio:& gratia:quã miſer peccator ex ſua libidie ca
pit:fugax eſt:& breuis:& feſtino ictu ptranſiẽs: & ni
hilominus tantã uim malignitatis relinquit in aïa:ut
nullũ bonum ualeat operari:ſed ſemp de malo in peius
gradiens deſcendit ad ignem interitus:& triſtitie. Vñ
de greg. in morali. Ex quo luxuria ſemel mẽtem occu
pauerit alicuius:uix eũ bona deſideria cogitare pmit
tit. Sunt enim uiſcoſa deſideria: quia ex ſuggeſtione
oritur cogitatio:ex cogitatione affectio:ex affectione
delectatio:ex delectatione conſenſus. Ex ꝯſenſu ope
ratio:ex operatione ꝯſuetudo:ex cõſuetudine deſpe-
ratio:ex deſperatione peccati defenſio: ex defenſione
gloriatio:& ex gloriatione damnatio.

D ERipe me de luto:& nõ ifigar. ps. lxviii. Quã
ꝙ cadens in aquã pfundã ſubiiciat ad feſtine
mortis periculũ: nihilominus cadens in lutũ
pfundũ mortem terribiliorẽ expectat:& pre
cipue ſi lutũ fedum eſt:atq; putridũ. Nam qdiu uiuit
in illo:ducit uitã cũ morte. Spũaliter uadens in pfun
ditatem culpe libidinis per opus ſpiritualiter ſuffocat
ps. lxviii. ueni in altitudinem maris: & tempeſtas de
merſit me. Sed ille:qui cadit in lutum ꝯſideratiõis:&
meditationis tantũ per cordis conſenſum: licet opus
exerceri corpaliter nõ poſſit:ſepultũ eſt tñ cor in ſterco
re uoluptatis:in quo quanto amplius ſe uoluit:tanto
amplius fedat tranſiens gradatim ad deſperatiõis lo
cum. ps. Infixus ſum in limo profundi:& non eſt ſub-
ſtantia. Ad huius ergo lutum demones deducunt pec
catores ſecretos: quos in fune timoris preuentos non
poteſt

poteſt in aquis aperte opationi ſubmergeẽ. Tales ſũt geſtantes ſuper habitum chriſti: quorum opera in conſpectu gentium apparent ſancta: et nihilominus uſq; ad guttur per conſenſum uoluptatis in ſtercore ſubmerſi ſunt: quod turpius: atq; abominabiliuſ eſt in ipſis q̃ in ſecularibus: & apertis peccatoribus: in quibus aperta ſunt opera praua. Figura. hiere. xxxviii. ubi legimus: ꝙ filii prophete funibus fecerunt poni hieremiam prophetam in lacum: ubi non erat aqua: ſed lutum: erat ibi propheta uſq; ad guttur: quod erat ei: ut dicit magiſter amariuſ milies morte. Spiritualiter p hieremiam prophetam domini ſubaudi uirum de mũdo a domino reuocatum: per falſos prophetas ſubaudi corporales appetitus falſa et peſſima ſuggerentes: qui miſerum hominem deponunt uinculis: ſeu funibꝰ uoluptatis et conſenſus ad complacẽtiam huius turpitudinis: & efficiunt illum ſubditum: et ſeruum libidinis: ꝙ debet eſſe uiro dei amariꝰ omni morte: unde auguſti. lib. primo de libero arbitrio. capitu. decimo. Non iſta inquit pena parua eſtimanda eſt: ꝙ & libido dominatur: expoliataq; uirtutis opulentia per diuerſa inopem: atq; indigentem trahit. Nunc falſa pro ueris approbantem: nunc improbantem: que antea probauiſſet: & nihilominus in aia falſa retinẽtem. Nunc deſperantẽ de tota inuentiõe uirtutiſ: & ſtultitie tenebris penitus inherentem. Nunc conantem in luce intelligendi: rurſuſque fatigatione in decidentem: cum regnũ illud tyrannice ſeuiat: & uariis: contrariiſque tẽpeſtatibuſ totum herens animum: uitamque perturbet: hinc timore: hic deſiderio: hinc anxietate: inde inani: falſaque letitia: hinc cruciatu rei amiſſe: que diligebatur: inde ardore adipiſcende: que non ha

Figu. bi. t ii

Fig.

bebatur: que aduerſum poteſt diſſipare luxuria: in
flare ſuperbia torquere inuidia: deſidia ſepelire: per-
uicacia concitare: afflictare ſubiectio: & quecunque
alia innumerabilia regnum illius libidinis frequen-
tanter exercet.

De maria uirgine.

A Vas admirabile: opus excelſi: eccle. xliii. No. q
ille artifex dicit ee ſolenis: q non ſolum nouum ſcit
fabricare uas ſed q ſcit fractum: ſeu de ſtructum in
melius reparare. Nam ſubtilitas artis per opa ſub-
tiliora cognoſcit: difficilius eſt enim uas fractum melius
reficere quam nouum fabricare. Specialiter deus eſt optimus ar-
tifex: nam ipſum uniuerſum fecit ex nihilo uelut opus bo-
num: gen. i. Vidit deus cuncta: que fecerat: & erant ualde
bona: & uas deſtructum. i. humanum genus repara-
uit in melius. Sed nota. quod primum humani generis uas
fuit conditio primorum parentum: nam in ipſis deus repo-
ſuerat imaginem: & ſimilitudinem ſuam: ſed mulier
miſera uas ſuum incaute conſeruans illud confregit: & ſic
mutauerunt gloriam in ſimilitudinem uituli comedentis
fenum. Igitur pro reparatione huius uaſis plorauit hu-
manum genus. v. milia annorum: & ultra. ps. Factus ſum
tanquam uas perditum: quoniam audiui uituperationem mul-
torum: tandem ſpiritusſanctus ſuggeſſit: & docuit hunc
artificem ſapie: omnium enim eſt artifex: omnem hns uir-
tutem: omnia proſpiciens. Ad ipſum igitur clamaue-
runt ſancti humili uoce petentes reparationem huius uaſis
iob. vii. quis poteſt facere mundum de immundo con-
ceptum ſemine: nonne tu qui ſolus es. Et tunc omnium
Fig. artifex dei filius deſcendens. uas illud multo precioſius
reparauit in uirgine glorioſa: quam prius eſſet. Figu.
hiere. xviii. Vbi legimus dominum dixiſſe hieruſalem.

Deſcende

Deſcende in domum figuli: & deſcendit: quem facere uidit quoddam uas luteum: ſed uas illud totum contritum eſt: deinde terra ex eadem maſſa aſſumpta fecit uas optimum: quemadmodum ipſe uoluit. quo facto dominus dedit hieremie in ſignū: ꝙ eque repararet uas: ideſt populum deſtructū: ut figulus uas illud Spiritualiter ſubaudi per primū uas primā mulierem: quam ictus diabolice tentationis adeo contriuit: ꝙ non remanſit in ea: nec in ſuis poſteris tantum integritatis ubi poſſet reponi ſcintilla diuine gratie: nec ualuit reparari uas illud per purum hominem: ſed per artificem illum: per quem uas illud fuerat fabricatū. Vnde ſuper illo eccleſiaſtes. vii. Vide opa dei: & ꝙ nemo corrigere poteſt: quem ille deſpexerit: dicit quidam iudeus nomine rabi azarias: qui fuit ualde autenticus apud eos. In hora iquit: qua creauit deus primū adā: tulit euȝ: & duxit: atq; reduxit per omnes arbores paradiſi: & dixit ei. Vide opera mea: q̄ pulchra: & laudabilia ſunt: & quicquid propter te creaui: prebe mentē tuam: ut non corrumpas: aut diminuas ſeculum meū ſi enim deſtruxeris. non erit poſt te qui reparet. Et nō ſolum tibi: & poſteris tuis: ſed etiam ipſi iuſto eris relinquens mortē: hec omnia prudens doctor: ex quibus uerb clare patȝ: q̄liter fractio generis hūani reparari n̄ potuit per purum hominem: quia omnes d̄clinauerūt ſimul: & non erat faciens illud bonum uſque ad chriſtum: qui ſolus fuit iuſtus. Venit ergo hic magiſter reparans uas uirgineum: ideſt beatiſſimā mariam: quā fecit ex eodem luto: ſed ſanctificauit eam: & fecit quēadmodum uoluit: nam adeo repleuit ipſam ſanctitatis gratia: ut tam ab originali: q̄ ab oī actuali peccato deinceps eſſet munda: unde ipſa in. ps. In uoluntate tua preſtitiſti decori meo uirtutem. In ſigno igitur

iſti? uaſis reparati:deſignauit qualiter reparet hyeru
ſalem:quia per ipſam glorioſam uirginem liquorem
balſami celeſtis:ſcilicet filium dei in ſacro utero recipi
ens:nobis poſtmodum dedit ad oīum reparationem:
ut felicius eſſet:ꝙ per ipſam lucrati ſumus:ꝗ illud:qđ
per euam perdideramus:unde criſo. ſup illud:miſſus
eſt.aue inquit gratia plena. Vltra iaꝫ diabolus aduer
ſum te non ualet.ubi enim prius uulnerauit bellator:
ibi primum medicus antidotum poſuit:ꝑ mulierēꝫ de
currit ſalatia:per mulierem emanāt meliora. Nō uerea
ris culpatam cōdemnationem:mater enim illius : qui
condemnauit:efficieris gratia:in utero materno ꝓſun
dalti mortem. Aue aīatum tem plum dei:celi terreꝙ;
equilibrium.

B QVaſi aurora ꝯſurgens:cā.vi. Naturalit᷑ expe
rimur egritudīes hūanas aleuiari:et feras be
ſtias ad latibula ſua fugere: & homīes auda
ciores fieri in aurora:ꝗ tpe noctis eſſet. Spiri
tualiter totum tēpus precedenſ aduentum beate uir-
ginis fuit nox:& obſcuritas:in qua ergotabat huma
num genus infernales fere:ideſt demōes ardentius do
minabātur:& homines timidi erant in conſpectu dei:
& angelorum ꝓpter primorum parentum maculā. Sꝫ
hac benedicta radiāte aurora:curata eſt egritudo hū
mana: fugit diabolus a conſpectu noſtro: ideo ipſam
auroram arbitrantur umbrā mortis. Et nos facti ſu-
mus audaces:& ſecuri apparere coram domio : & gra
Fig. tiam poſtulare. Fig. geñ. xxxii. Cum iacob tota nocte
luctaretur cum domino:apparente aurora :dixit do-
minus:uel angelus:cum quo luctabatur :dimitte me
aurora eſt:qui dixit :non dimittā te niſi prius benedi
xeris mihi. Et benedixit eum in eodem loco di. non
uocaberis amplius iacob:ſed iſrael erit nomen tuum

Spiritualiter laborans homo in lucta cum domino: p totum tp̄s culpe nō potuit ipſum uidere: nec inclinare ad miſericordiā: ſed adueniēte hac aurora ſancta ait dn̄s: dimitte me: ecce aurora lucet: ecce uirgo mat̄ miſericordie: auctrix ad illā recur̄ amodo: ab illa poſtula quicqd uis: amodo nequaq̄ uocaberis iacob. i. lucrator: qa non te amplius propter primā culpam puniam nō tibi moleſtiam inferā: ſed nomē tuum erit iſrael: qa uidebis dei filiū incarnatum: & quem prius ultorē di rum timebas: cognoſces amodo piiſſimum redēptorē Igit̄ hec aurora beatiſſima inuocanda eſt in ſubſidiuꝫ eā oportet: ber. in quodam ſermone. Si crimīe turbaris: ſi conſciētie feditate cōfuſus: ſi baratro deſperationis abſorptus: mariam cogita: mariā inuoca. Non recedat a corde: non tranſeat ab ore: nā ipſam cogitans n̄ erras: ipſam rogans non deſperas: ipſam ſequens non deuias: ipſa tenente non corruis: ipſa protegente non metuis: ipſa duce nō fatigaris. Ipſa propitia peruenis & ſic in te metipſo experiri poteris: q̄ merito dictuꝫ ſit uirginis nomen maria.

C

illo tranſitu exhibebunt: non poterit eos preſſura de-
monum impedire. ps. Non cōfundetur cum loquetur
inimicis ſuis in porta: immo non pauebunt a morte
eo quod fugientes uitam mortalem: uitam ingredien
tur eternam. Vnde caſſio. ſuper beati īmaculati. Quiſ
inquit mortem temporalem metuat: cui uita eterna
promittitur. Quis labores timeat: et ſe in perpetua
requie nouerit collocandum.

ERrauerunt in ſolitudine: uiam ciuitatis G
non inuenerūt. ps. cvi. Nota. uia dicitur
ualde periculoſa: in qua interdum paſſus H
aliquis inuenitur in ſolitudine ignotus:
et deuius. Aliqn̄. n. illuc uiator accedēs
a uia recta deuiat: nec amplius ſcit redire: & īterīꝫ pōt
a latronibus: uel a feris interfici: ſeu capi: iō debet ho
mo in tali trāſitu ſocietati ſe coniungere: & nullo mō
eam deſerere. Spūaliter uia uite p̄ntis eſt dubia: qa ſi
in quodā paſſu. ſ. mortis hora pdit̄: nunq̄ pōt ampliꝰ
recta uia inuēiri. iob. xvi. Semitas: p quas nō reuertar
ambulo: debemus igit̄ ſequi ductorem: & uiā bene ſci
entem. ſ. chriſtum mat. xxii. Magiſter ſcimus: quia ue
rax es: et uiam dei in ueritate doces. Alioquin a uia
rectitudinis deuiantes capiemur a latrone illo crude-

liſſimo calcaneo noſtro inſidiante:ideſt fini noſtro: &
Fig. trademur feris infernalibus eterna cõfuſiõe ꝓſtrandi.
Figu. numeri. xxiiii. Filii iſrael in deſerto nolentes in
introitu terre ꝓmiſſionis ſeq moy. perierunt per diuerſa
ſupplicia. Sic ſpũaliter nolẽtes xp̃m ſequi uia peniten
tie ꝑueniũt ad paſſum ignotũ mortis horrende p ſoli
tudinẽ ꝑgentes: ubi neminem cognoſcent: plenã latro
nibus: & feris peſſimis. Vñ ber. i lib. medi. O inq̃t aia
mea quis erit ille pauor: cũ dimiſſis oib⁊ quoꝝ tibi pñ
tia eſt tam iocunda: ſola ingredieris: & ignotã tibi pẽ
tus regionẽ: ubi occurſanda cateruatim teterrima mõ
ſtra uidebis. Quis tibi in die tãte neceſſitatis ſuccurret
quis tuebit̃ a rugiẽtibus p̃paratis ad eſcã: quis cõſola
bit̃: qs te đducet: & ſubdit̃. Elige ergo tibi illũ amicũ
tuum pre omnibus amicis tuis: q cũ omnia ſubtracta
tibi fuerint: ſolus tibi fidẽ ſeruabit ĩ die ſepulture tue.
Cum oẽs amici tui recedent a te: ille te non derelinq̃t:
ſed tuebit̃ a rugiẽtib⁊ p̃paratis ad eſcã: et cõducet te
p ignotã: atq; ꝑducet ad plateaꝫ ſupne ſyon: & ibi te
collocabit cum angelis ante faciem maieſtatis diuine.
H
HAbitauit in ſpelunca iudicũ decimoquinto.
No. ꝙ itinerans p niues tempore claro: cum
ſol ſup illas lucet: cũ peruenit ad domũ: uel
hoſpitiũ nihil uidet. Ratio eſt: qa albedo il
la excellens tantã diſgregationẽ facit in oculis: & fan
taſma tante claritatis relinquit: ꝙ nihil aliud põt ui-
dere: immo qui domum: uel ſpeluncam intrat obſcu-
ram ſemp claritatem illam ante oculos uidetur habe
re. & nihil uidet: ergo intranti hoſpitium: etiam peri-
culoſa res eſt tunc intrare paſſum piculoſum. Nullum
ergo eſt remedium: niſi ꝙ per magnam horam ibi mo
retur: quouſq; claritatis fantaſma euaneſcat. Spũalit̃
p niues proſperitates uite pñtis itelliguntur: ratio eſt

quia dum niues ſunt coagulate ſunt albiſſime: & luci
de: & ſlãte auſtro reſoluũtur: & efficiunt turpes. Sic ꝓ
ſpera mundi dum adherent hoĩ: clara uidentur: & lu
cida: ſed fortuna flante per rote ſue uolubilitatem: cõ
uertũtur in gemitum: & luctũ. Igitur itinerantes diu
per ipſas. i. ponentes cor: & affectum in ipſis adeo ex
cecãtur: ꝙ qñ debent intrare hoſpicium future uite ꝑ
mortem: nihil uident: & neſciunt quo uadant. Relin
quunt enim fantaſma adeo impreſſum menti: ꝙ etiaꝫ
per mortem quaſi deleri non poteſt: nequeunt proſpi
cere caſum mortis. Non pñt aſpicere pericula infer
nalia nõ ualentes intueri timorem iudicis: nihil breui
ter cogitare poſſunt: niſi mortalis uite felicitatem: q̃n
tuncũqꝫ pedes quaſi in foueã teneãt et animã in gehẽ
nam. Vnde gre. in mora. ſuper illud iob. Dies mei ue
locius tranſierunt q̃ a texente tella ſuccidit. Itaqꝫ ho
mies carnales ultor ad iudiciũ ꝑtrahit: & tñ ipſa ordi
natiõe ſolliciti rebus tranſitoriis occupati: nil aliud co
gitant: niſi in hoc mundo qualiter ad huc uiuant: reli
quendo omnia: quẽ poſſidenda diſponunt: qa ſpes ui
uendi nõ frangitur: etiã cum uita termiatur. Iamqꝫ ad
iudiciũ trahuntur per ſñiam: & tamen habendis rebꝰ
adherent per curam: dure etenim menti adeſſe mors ñ
creditur: etiam cum ſentitur: hec gre. Non poteſt igiẗ
homo preuentus ſibi de ſalute prouidere propter hu
iuſmodi uane: ac fantaſtice lucis occupationem: reme
dium ergo neceſſarium eſt ad hoc diuinum ſpeculari
hoſpicium: ideſt mortẽ per ſpeluncam: uel foueã. Inde
enim cognoſcent quid ualet mundi pompa: mũdi glo
ria: quid diuitie: quid delitie: & ſic hec omnia reſpuẽs
cognoſcet dominum deum ſuuꝫ. Figu. iii. reg. xix. He Fig.
lias ſtetit in oſtio ſpelunce obſeruans: & ſpeculans: &
primo tranſiuit uentus ualidus conterens petras. &

non ibi dominus: ſecundo trāſiuit cōmotio terre: ſed
nō eſt in eo dominus: quarto tranſiuit ignis: ſed nō eſt
in eo dn̄us. quinto tranſiuit ſibilus aure tenuis: & cū
eo domin⁹: & uidit helias dominū: & locuti ſunt mu
tuo deus: & helyas. Spiritualiter per prophetam iſtuꝫ
qui dicitur uidens: notat̄ prouidus chriſtianus: qui ſe
morituoꝫ cognoſcens ſemp mortem ſpeculatur: quia
enim terminus mortis incertus eſt: iccirco ſe ſic diſpōit
ad illam: ac ſi omni die ſit ille termin⁹: iō ſic diſpoſitū
mors non conturbat. Vnde ſen̄. ep̄la. xii. Nemo ſit no
ſtrum: quem prope uerſetur terminuꝫ. Sic itaqꝫ forme
mus animum: tanq̄ ad extrema uentum ſit: uenientē
nemo ylaris mortem ſuſcipit: niſi qui ſe ad illam cōpo
ſuerit diu ſpeculans. Igitur in morte uidebis uentum
ſuperbie conterentem edificia: & pcutientem omnia
ſed tranſiens quaſi fauilla: qa ibi nō eſt deus uidebis
terremotū ire: ſed nō eſt ibi deus: non enim iraſcitur p
ſingulos uidebis ignem cupiditatis: ſed nō eſt ibi de⁹
quia ſuperbo oculo: & inſaciabili corde: cum hoc non
edebam: ut in p̄s. Videbis ultimo dulciloqii ſibilum
ſcē ſcripture: & ibi dominus loquetur ſalutaria moni/
ta. Sic ergo aperte intuebitur: que ſunt fugienda: &
que ſunt ſequenda: nec poſſunt mūdi tranſitoria ocu
los mentis diſgregare: ſed uidebit: & aſpiciet aperte:
que pro obtinenda gloria debeant adipiſci. Vnde hie
ro. ad cypria. Memento mortis tue: & non peccabis.
Qui ſe continue cogitabit moriturum: contemnet pre
ſentia: & ad futura feſtinabit.

¶ De mundo.

A HEc mutatio dextre excelſi. p̄s. lxxvi. Nota ꝙ
qn̄ aliq̄ oppoſito modo ſe mutuo reſpiciunt
qđ eſt ad dexteram unius: eſt ad ſiniſtrā al/
terius. Spūaliter deus: & mūdus ſunt quo/

dāmodo oppoſita: iō qđ eſt uni gratum alteri eſt odio ſū: & qđ uni placet: alteri diſplicet: unde dñs mat. vi. Non poteſtis deo ſeruire: & mamone: igitur filii mundi: & dilectores eius ponunt ad mundi dexterā per cōſolationes eius per delectationes pñtes. Flii uero xpi ſcilicet pauperes: & humiles ad ſiniſtram p afflictionē & penalitatē: ſed fiet in uita ſequenti dextere excelſi mutatio. Figu. geñ. xlviii. ubi legimus: ꝙ poſitis duobus filiis ioſeph coram iſrael: ut eis benediceret: & ſtaret manaſes ad dexterā: quia maior: effraim tanq̄ minor ad ſiniſtram: iſrael canzellatis māibus poſuit dexteram ſuper caput effraim: ſcilicet minoris: ſiniſtrā uero ſuper caput manaſes. ſ. maioris: & clamante ioſeph non cōuenit pr: quia hic eſt primo genitus: ſcilicet manaſes: reſpondit iſrael: minor maior erit. Spiritualiter mundus: ut dictum eſt: ponit maiores ad dexterā paupes uero & humiles ad ſiniſtrā: ſed ñ ita erit ifutura uita: qñ ſcilicet deus dextere ſue ueniet conferre iuſtis. Tūc enim eleuabit pauperes: & electos de ſiniſtra penalitatis: & locabit eos ad dexteram cōſolationis: & ibi magni fient: quādo uero peccatores cōſumata felicitate uite preſentis deicient ad ſiniſtram tribulatiōis & ueh: unde recte dicitur: ꝙ ſiniſtram poſuit ſuper manaſem: quia poſitus fuerat ad dexteram. Manaſes interpretatur obliuio: & bene denotat peccatores: & diuites mundi huius: qui dei obliuiſcuntur in uita preſenti: ſed ipſi illorum met obliuiſcuntur in morte: & etiam deus illorum obliuiſcetur: auguſtinus in quodam ſermone: hac animaduerſione punitur peccator: ut moriens obliuiſcatur ſui: qui quamdiu uixit eſt oblitus dei. Effraim interpretatur creſcens: per quem denotantur pauperes: paruuli: & abiecti in uita preſenti: ſed tunc creſcunt: & apparebunt Fig.

glorioſi: ideo in apocalipſi. Cum beatus io. aſpiceret quoſdã ornatos ſtola cãdida: et interrogaret: q eſſent hi: rñſum audiuit: hi ſunt: qui ueneiunt ex magna tribulatiõe: &c. De mundi diuitibus: & potentibus: erit oppoſitum: quia hĩ recipiũt bona: ut poſtmodũ in ſuppliciis gemant: uñ hiero. in quadã epſa. Difficile: imo ĩpoſſibile eſt: ut pñtibus quis & futuris fruatur bonis: ut & hic uentrẽ: & illic mentem ĩpleat: ut de delitiis ad delitias tranſeat: & in hoc ſeculo prim? ſit: & in terra & in celo appareat glorioſus.

Vtabis eos: & mutabunẽ. ps. ci. Not. ꝙ quadruplex eſt mutationis ſpẽs. iiii. &. y. phi. ſ. ad ſubſtantiã: ad qualitatẽ: ad quantitatẽ: & ad ubi. Ad ſubſtantiã dr̃ generatio et corruptio: ad qualitatẽ dicit̃ alteratio: ad quãtitatẽ augmentũ: ad ubi dicit̃ ſurſũ & deorſum: antrorſũ: & retrorſuȝ: deſtrorſũ & ſiniſtrorſum. Spũaliter has mutationes ↄtinue mundus iſte facit: nã prima mutatio ẽ ad ſubſtantiã: quia de natiuitate ad mortem: que dr̃ gñatio: & corruptio: ſicut naſci & mori: iob: hõ natus de muliere: etc. ſecunda eſt alteratio: qa alterat̃ hõ mille modis. ber. in meditationibus. In hac ualle lachrymaꝶ eſt uita laborioſa: uita corruptibilis: uita amaritudine plena: hãc humores tumidant: dolores exterminant: ardores exiccant: aeres morbidant: eſce inflãt ieiunium macerat: ioci ſoluunt: triſtitie cõſumunt: ſollicitudo coartat: ſecuritas hebetat: ſenectus incuruat infirmitas frangit: meror deprimit: hec bern. Alia eſt mutatio ad quãtitatem: & hec reſpicit diuitias mũdi que augmentãtur: & diminuunt̃ ſepe ſecũdum dominiũ: et reuolutiones fortune: uñ quidam philoſophus Si bene inquit uolumus dicere ueritatem: nõ propria: ſed mutuata uocare poſſum?: que habemus: quia cuȝ

omnes in rota fortune uolubilis militemus: ſepe de di uitiis in paupertatem mergimur improuiſe. Quarta ē ad ubi mutatio ſurſum & deorſum: &c. hec mutatio reſpicit dominia: & poteſtates. Nā uidemus: ꝙ qui pri matum tenebant in mundo: ſubito demunt ad miſe riam: & qui in dextera florebant per potentiā: cadunt per triſtitiā ad ſiniſtrā: & tanto fortiꝰ ꝯquaſſant: quā to locꝰ eoꝝ erat eminentior: criſoſtomus ſuper. ii. ca. mat. ſp. n. grandis ptās maiori timori ſubiecta eſt: ſi cut. n. ramum arboꝝ i excelſo poſitū: ēt ſi leuis aura flauerit: mouet: ſic & ſublimes in culmie dignitatum exiſtentes leui nuncii fama cōturbat: humiles ſicut in conualle plerūq; in tranquilitate ꝯſiſtunt: hiſ ergo mu tationibus pulſatur miſer hō in hoc mundo: qui pp has penitus fugiendus eſſet. Fig. geñ. xxxi. Cū iacob Fig. ſeruiſſet laban pro rachel. yii. annis accepit lyā: uidēs igitur quā plures deceptiones in ipſo: dixit ei: mutaſti mihi mercedem meā. x. uicibus: & tollens quod ſuū erat: iacob poſtq̄ multo tpe moratuꝰ eſt: & poſt mul tas deceptiones receptas reuerſus eſt ad terrā natiuita tis ſue. Spūaliter per labā: qui dealbatio interpretaꝛ: ſubaudi mundū: qui ſp extrinſecus ꝓſpera prebet & intus amarior eſt felle: mutat igitur nobis mercedem. x. uicibus: & eum credimꝰ rachel accipe: que pulchra & delectabilis eſt: dat nobis lyā: que dicitur laborio ſa. Reuertendū eſt ad terrā natiuitatis nr̄e. ſ. ad eter nam uitam: pp quā remeati ſumus in xp̄o: ubi pfectā reqem inueniemus: que ēt ſupat omne bonuꝫ terre num: uñ augu. in li. de moribus. eccle. Tanta eſt pul chrytudo iuſtitie: tāta eſt iocunditas lucis eterne: hoc eſt inconumerabilis ueritatis: & ſapientie: ut etiam ſi nō liceret i ea amplius manere: niſi unius diei hora ꝓ pter hanc huius ſeculi inumerabiles anni uite pleni de

litiis:& confluentia bonorum temporalium recte:me
ritoq; conterentur.

C T Ria ſunt mihi difficilia:prouer.xxx. Si ſtre
nuus hō camporū certaminia itrans pugna
turus contra proprios hoſtes: ſemotos atq;
ſeparatos inueniret:ita q poſſet contra illoſ
ſucceſſiue pugnare:forte illos facillime ſuperaret. Sed
cum ſimul ipſos inuenit:cunctos coniunctos: durum
eſt uincere:qa dum percutit unum:alii pñt eum ex la-
tere repercutere:& graui⁹ uulnerare. Spiritualiter ſi fi
delis chriſti intrans ſpirituale certamē haberet tantū
preliari cū mundo:tunc cognita arte illius pugnet: ca
ueret ſibi ab ictibus ſuis: & cauendo illum ſuperaret
faciliter:ſed mundus nunq̄ eſt ſolus prelians:ſed ducit
ſecum carnem:& diabolū:& hi tres ſimul:& ſemel cō
tra ſpiritū pugnant: de his eccli.xxv. Tres inqt ſpe-
cies odiuit aīa mea:pauperem ſuperbum:diuitē men
dacem:& ſenem fatuum:& inſenſatum: poſt diabol⁹
eſt qui eſt omnibus gratiis priuatus: & omnibus crea
turis pauperior:ſed eius ſuperbia ſp creſcit: qa cū ſem
per ſit ſic deiectus & miſer in elatione ſummū gradū
tenet.apo.iii. Tu dicis: qa diues ſum ego:& nullius
egens:& neſcis qa pauper es:& nudus:& cecus. Secū
dus inimicus eſſe dicitur:qa diuitias oēs continet:ſed
omni mendacio plenus eſt: & contra ſeruos ſuos frau
dulenter icedit:& graues ictus recipiunt ab eo: qui ſe
cum miſcētur:unde caſſio.epi.vi. Graue munus ē: ut
fructu laboris ſui fraudetur induſtrioſus:& cui debet
pro ſedulitate conferri premiū:diſpendiū patiatur: &
maloꝝ oium probetur extremum:& inde quis cogat
detrimenta ſuſcipere:unde credebat auxilia ꝓuenire:
hi enim homo a mundo continue patitur. Tertius ue
ro inimicus eſt corpus humanū: qđ antiquius eſt ſpiri

tu:ſed

tu:ſed oĩmoda ĩpletur iſipientia:ſi.n.hoſtis tanto for
tius fert ſpiritum:q̃to dignoſcitur familiarior inimic⁹
ideo ſũme caueri debet:uñ ambr.de offi. In caſſũ con
tra exteriores inimicos in campo bellũ geritur: ſi inter
ipſa urbis mẽnia hoſtis inſidians habeat: igit tres hi
predicti hoſtes bellũ ↄtra ſpũm gerunt cõtinue:& in
terdum illum ꝓſtrant:ut oẽs perdat uires. Fig.iob.i. **Fig.**
ubi legitur:ꝙ caldei fecerunt treſ turmas:et inuaſerũt
camellos iob:tuleruntq; illos:& pueros illos cuſtodiẽ
tes gladio ꝑcuſſerunt. Spũaliter caldei: qui interpre
tant captiuãtes:ſignificãt mundũ:carnẽ: & diabolũ:
qui frequenter captiuant ſpiritũ in lege peccati: aſpor
tant camellos.i.opera meritoria: & occidunt pueros.
ſ.puritatem affectionis:qui prius erãt:ut redderẽt ſpi
ritum ꝓmptum ad bonũ opus. Igitur cognoſcens ſe
tales hoſtes habere:non debet ſolus campum intrare:
ſed dei debet preſidiũ iuocare. Et tũc eius ſocietate ꝓ
tectus ab incurſibus oĩuꝫ hoſtiũ erit ſecurus.ps.cxvii
Dominus mecum: & ego deſpiciam inimicos meos. **D**

Filii tui ſicut nouelle oliuaꝝ.ps.cxxvii. Inter
dũ ſũt unius patris plures filii:quoꝝ aliqui
de legittimo thoro nati: alii uero ſunt natu
rales:omnes tamẽ paſcit:& gubernat: & in
uictu:ac ueſtitu illis prouidet:ſed in hereditatem pari
ter non ẽquantur. Dat enim pater aliquam particulã
naturalibus filiis:ſed legittime natis totam cõfert he
reditatem. Volunt enim iura ꝙ ſic fiat:eo ꝙ dubita
tur de natiuitate eorum:ſcilicet naturaliũ:an ſint ue⁊
filii an putatiui pr̃is:iõ ne fraudẽt filii legittimi pr̃na
hereditatẽ: & deueniat ad extraneos: ſic lex ordiauit **E**
Spũaliter celeſtis pr̃.ſ.chriſtus multos habet filios:qa
tam iuſtos q̃ peccatores regenerauit in ſanguine ſuõ:
ſed inter ipſos quidam declinantes a lege mandatoꝝ

eius fiunt ſpurii:et perdunt gratiam diuinam adherẽt ſolum terre:que non eſt uxor chriſti. Iſti igitur ſunt filii mundi:ſed non chriſti: iſtis non eſt promiſſa paterna hereditas:ſed hic aliquam portionem in temporalibus bonis accipiunt. De talibus filiis ille diues fuit: qui quottidie epulabatur ſplendide:ideo dictum fuit ei cum peteret aque gutam. Recepiſti bōa in uita tua: quia portionem eius in terra receperat. Sed pauperes: & abiecti:quibus mundus hic negat omnia:hi uelut filii ueri:et paternalem hereditatem expectant:nō hic ſed in beata uita. ps. xxvi. Portio mea domine ſit i terra uiuentium. Figu. geñ. xxv. Abraam dedit munera filiis ꝯcubinaꝝ:ſed iſaac filio uxoris legittio dedit hereditatem. Spiritualiter abraam pater multarum gentium chriſtum ſignificat omnium patrem: ut dictum eſt: filii uero concubinarum ſunt filii uite preſentis: et diuitiarum mundi: cum quibus ipſe chriſtus nullum contraxit matrimonium. Non ſunt igitur hi legittimi chriſti filii:ſed ſolus iſaac:qui interpretatur gaudium ſeu riſus:per quem notatur genus ſpiritualium pauperum:quibus iure hereditario debetur regnum celoꝝ: ut habetur matth. viii. quia ipſi ſunt letitia: & exultatio patris:qui ait. Vos eſtis gaudium meuꝫ. Vnde beda ſuper illud iacobi. Omne gaudiuꝫ exiſtimate: &c. ſic ait. Ne indignemini inquit:ſi mali in hoc mūdo floreant:et uos patimini:quia non eſt chriſtiane religiōis in mūdo exaltari:ſꝫ deprimi:mali nihil hñt ĩ celo: uos nihil in mundo:ſed ſpe illius boni: ad quod tenditis: quicquid in uia contigerit:gaudere debetis.

Fig.

E f Vgite de medico babilonis:hier. li. Propter duo conſueuerunt homines loca relinquere: ſcilicet ſi ibi nimium affliguntur: et ſi de loco ad quẽ ire deſiderãt:multa felicia ſperant

Spiritualiter

Spiritualiter hec duo debent nos excitare ad fugam uite preſentis: quia & hic premitur uariis: et multis tribulationibus: et in uita futura multis ſperamus conſolationibus perfrui. Greg. in quadā omel. mala: que nos hic premunt ad deum ire compellūt. Fig. exo. xii. Fig. ubi legimus: ꝙ filii iſrael duabuſ ex cauſis feſtinabant exire egyptum. Nam ſi egyptii compellebant eos exire diris afflictionibus: & ipſimet anhelabant ad terram promiſſionis: lac et mel mananteꝫ. Spiritualiter compellunt nos exire egyptum uite preſentis habitatores ſcilicet tribulationes: afflictiōes: infirmitates: doloreſ: & infinita ueh: que continue nos infeſtant: et demum ipſa morſ: que neminem in egypto uite preſentis diu morari permittit: ut teſtificantur: qui nos preceſſerunt unde proſper in ſuis ſententiis. Reſpice inquit teipſuꝫ quia mortalis es: & quia terra es: & in terrā ibis. Conſpice eos: qui cū ſimilibus fluxere ſplēdoribus: ubi ſūt quas ambiebant ciuium poteſtates: ubi inſuperabiles oratores: ubi qui conuenientius feſta diſponebāt: ubi equorum ſplendidi nutritores: ubi exercituum duceſ: ubi ſatrape: & tyranni: nonne omnia puluis: et fauilla nonne in paucis uerſibus eoꝝ uite memoria eſt. Reſpice ſepulchra: & uide quis ſeruus: quis dn̄s: quis diues quis pauper: diſcerne ſi potes uinctum a rege: fortem a debili: pulchrum a deformi: memor itaqꝫ nature eſto ne extollaris aliquando: memor autem eris: ſi teipſuꝫ reſpexeris. Nos igitur exemplum ſumentes a nobis ipſis egyptum fugiamus: non expectantes: ut ſic cogamur exire: et quo uadamus neſcire: preceſſoreſ repulit ſic et noſ compellet exire. Non faciamus: ut aliqui miſeri ex populo iſrael: qui potius ſtare in egypto appetebant: & cepe: & allea comedere: q̄ in terra promiſſiōis lacte: & melle abūdare. Nos uero tales nequaq̄ ſimus

ſed queramuſ terram nobis promiſſam: ubi abundabimus omnibus bonis. Ber. in quodam ſermone: prouidi uiri feſtinemus ad locum tutiorem: ad agruꝫ uberiorē: ad paſtum ſuauiorem: ut habitemus ſine metū: abundemus ſine defectu: & ſine faſtidio epulemur.

F VIriliter age: & confortetur cor tuum. ps. xxvi. Periculoſa res eſt ualde exercitum: ſeu aciem ducere ad capiēdam terrā: uel ciuitateꝫ: et in acie timidos: ſeu pauidos habere. Nā quando ſunt in actiōi neceſſitate: relinquunt ſocios: et fugiunt: & ſic reliqui remanentes ſuccūbunt ſociorū auxilio deſtituti. Spiritualiter chriſtus nos ducit ad capiendam uitam eternam: quam nos oportet expugnare contra uitia demonum: qui inde expulſi fuerunt. Oportet igit̄ nos cum armiſ penitentie illam obtinere: ſed uere magnum eſt periculum de quibuſdam: qui incipiūt ſequi chriſtum: & cū ſunt in maiori neceſſitate aliquibus mundi delectationibus inuentis: uolunt chriſtum relinquere: et mūdo potius adherere: tales enim uolentiū benefacere intentionem eneruant.

Fig. Fig. numeri. xxii. ubi legimus: ꝙ cū moy. populum educeret ad terram ꝑmiſſionis: & peruenisset ad terrā galaad filii gad iuerūt ad ipſum moyſem. di. Si inuenimus gratiam in oculis tuis da nobiſ hanc terraꝫ in poſſeſſionem: habemus enim animalia & peccora multa: & terra h̃ bōa habet paſcua. Tu uero duc fratres meos ad terram: quaꝫ daturus es eis: & nos dimitte hic. Turbatus uero moyſes dixit. Quare uultis frangere uires fratruꝫ ueſtrorum: ne uadant ad terra[illegible] p[illegible]ñs eis promiſit: nunqd fecerunt ita pa[illegible]
tr[illegible] [illegible]itualiter filii gad denotant mundi dile[illegible]
[illegible] & terrena diligētes: & dei ſeruitium reſ[illegible]
[illegible] gad interpretatur abiciens ſeruitutem:

habent

habent enim multa bruta: et beſtialia deſideria: que in agro penitentie: & uie dei paſcere non poſſunt: per-
ueniunt enim ad terraꝫ galaad: que interpretatur poſ
ſeſſio aque: & recte denotat huius mundi ꝓſperitates & ratio eſt: quia omniſ aqua: dū mare intrat: amittit omnem dulcedinem: & efficitur amariſſima. Sic preſē tis uite proſperitas: que omniuꝫ uirtutum extermina trix eſt: dulcedinem quādam primo continet: ſed con ſumato curſu ſuper abſinthiū amareſcit. Vnde criſo. i. lib. curialium nug. Nouerca uirtutum proſperitas: beatus ſuis applaudit: ut noceat: et ifelici ſucceſſu ſic in uia fortunatoſ obſequitur: ut in fine perniciem ope retur: cum uinis ſuis ab initio propinās dulcia: et cum inebriati fuerint: letale uirus miſcet. Et ſi quid deteri-
us eſt: quo ſpem ſuam clareſcat amplius: eiſ ſtupenti-
bus oculis depreſſiorem infundit caliginem: hec criſo. Eſt ergo mundus iſte cum ſuis proſperitatibus quedā labilis aque poſſeſſio cito tranſiens: ſuam dulcedi-
nem in ſummam uertens amaritudinem: ſed miſeri fi lii gad: ſcilicet mūdi huius amatores: bruta: ac beſtia lia deſideria ſecum portantes: portionem propriam tā tum in eadem poſſeſſione obtinere deſiderant: ut ibi uoluptates brutales: quas diximus: ualeant exercere ſeruitutem dei abiiciunt: nihil curantes de promiſſio-
ne celeſti. Sed reſpondet uox: ideſt chriſtus: quare frā gitis fratrum ueſtroruꝫ uires: ac ſi dicat: quomodo cre ditis gaudere cum mundo tranſitorio: et in futuro ob tinere gloriā: non ſic fecerunt patres ueſtri: ſcilicet: apo ſtoli martyres: & ceteri ſancti: qui nuditate pauperta-
te: & diris preuenti tribulationibuſ acquiſierunt celū. Et tamen poterant ſi uolebant poſſeſſionem mundi: & eiuſdem delectationē dulcius poſſidere: gre. in qua dam omel. Ecce inquit mundus: qui diligit fugit ſan

cti uero:ad quorum tumbam conſiſtimus florentem
mundum mentis deſpectu calcauerunt.Erat uita lon
ga:ſalus continua:opulentia in rebus : fecunditas in
propagine:tranquillitas in diuturna pace:et tamen cũ
in ſeipſo floreret:iam in eorum cordibus munduſ aru
erat.Ecce iam munduſ in ſeipſo aruit: et adhuc in no
ſtris cordibꝰ floret:ubiqꝫ mors:ubiqꝫ luctus : ubiqꝫ de
ſolatio:undiqꝫ percutimur: undiqꝫ amaritudine reple
mur : & tamen ceca mente eius amaritudineſ ama//
mus:fugientem ſequimur:labenti inheremus:quia la
bentem tenere non poſſumus:cum ipſo labimur:hec
gre. Conſideremus ergo fratres : quia illic nos moy.
ideſt chriſtus conatur de huis mundi moleſtia ad cele/
ſteꝫ yerl'm ducere:qui propter hoc uoluit de celo deſcẽ
dens omnes mundi moleſtias ſuſtinere:&nulla dulciã
ſentire:ſequamur ergo:& nos ueſtigia pedum eius:ut
liberi ab his penis ſecuri ꝑueniamus ad celum: augu.
in quodam tractatu.Si chriſtus de celeſti ſede ꝑ te de
ſcendit:tu pp ipſum fuge terrena : ſi dulcis eſt mũdus
dulcior eſt chriſtus:ſed dicis chriſtus eſt enim deus: &
hõ : ego ãt fragilis hõ:& iõ mihi mũdus amarꝰeſt:reſ
pondit aug.trãſierũt iuuenes trãſierũt ſenes:trãſierũt
pueri:& puelle:& uiam:quam ignorabas tibi certam
fecerunt:& facilem tibi eſſe oſtẽderunt : & ad hec tibi
uia amara eſt. Ambula ergo ſecurus:qa poſt pugnaꝫ
ſequitur palma uictorie:& corona:& poſt mortem ui
te: gloria ſempiterna.Hec auguſtinus.

G COnfuſum eſt gaudium a filiis hominũ
ioelis primo:magna qppe eſt illorũ con
fuſio:qui incepta ſumptibus & labore
magis ꝑficere nequeũt. Remãent enim
quodam modo deluſi:atqꝫ cõfuſi in cõ
ſpectu omnium:qui uiderant eos: ideo
ualde

ualde inſipiēter ſe gerunt: qui altiora ſe querunt. Spiritualiter hac confuſione ſepe homines huius mundi decipulis ꝯfundūtur: aggrediunt̄ enim in uita preſenti quedam ardua: et ſuper mundi facultateſ cupientes de lapide ſanguinem elicere contra naturam: cū nemo det: quod non habet: hoc enim temptant: qui in hoc mundo putant requiem inuenire: quam mundus nullatenus continet. Laborant enim die noctuq; in mari & in terra: in fame: & ſiti: frigore: et calore: et innumeris periculis erga cōgregationem mundialium rerum Et contexunt uelut aranea tellam: uentus improuiſus uno ictu dirumpit quicqd fuerat multo labore cōtextuз: quoniam cum putat homo in ſuis diu congregatis diuitiis gaudere: mentiēte ſibi fortūa ſubito hiſ priuatur: aut infirmitate cruciatur: aut feſtina morte preuentus totaliter exterminatur. Vnde inno. de uilitate conditionis humane. Super inquit humane leticie triſtitia repētina ſuccedit: et quod incipit a gaudio deſinit in merorem: mundana quippe felicitas multis eſt amaritudinibus reſperſa: nouit ille qui dixit: riſus dolori miſcet̄: & extrema gaudii luctus occupat. Fig. gene. xi. ubi legimus: ꝙ poſt obitum noe uenerūt homines: ut edificarent turrim: que attingeret uſq; ad celum: cupienteſ per illam munduз ſuperare: ſed lingua que prius una erat: confuſa eſt: & in multa diuiſa dogmata: quia non ualuerunt turrim perficere. Nam cum artifex lignū petebat: alius dabat lapidē: et ex hoc locus iſte uocatuſ eſt babel. i. confuſio. Sp̄ualiter noe qui interpretatur requieſ: denotat diuinā grām: ipſa .n. eſt: que requiem menti humāe ſiue ꝯſcietiā preſtat hac igitur gratia in hominibus mortua ſtatim conuenitur ad edificationiſ ſtudium: ut erigatur turris ſupbie per multiplicationem diuitiaꝝ: ꝑpter quas gloria Fig.

putatur: & requies. O ſi poſſem inquit homo cumu
lare tantũ theſaurum: ut ſup excellerem diuitiis ↄuici
nos tunc eſſem glorioſuſ: tunc gauderem: tunc ſubiice
rentur alii: & eſſem cũctis honoratior. Et ſic miſer ſu-
pra uires humanas ambiẽs: laborans: expectat cumu
lare: & applicare florenos florenis: ut pficiat: qđ íſipiẽ
ter preſumitur: ſed uide: qa cõfũdunt lingue: & uana
ſua cogitatio diuidit̃ in cõtraria: uñ cum aliqñ querat
diuitias ſibi: fortuna pauptatem prebet. Cuꝫ uero po
ſtulat ſanitatẽ: humores languorem ſibi grauiſſimuꝫ
ſubmiſtrant: cũ optat uitã diuturnã: mors ſubita illũ
morſu deuorat repẽtino: ecce igit̃ lĩgua artificũ quot
modis diuidit̃. un aug. in li. confeſ. O ĩquit amatores
mundi: cuius rei gratia militatis: maior ne eſſe poterit
ſpes ueſtra in mũdo: q̃ ut amici mundi ſit. Ille qđ niſi
fragile plenũ piculis: & per quot pericula peruenit̃ ad
maius periculũ: pereant hec oĩa: dimittamus hec ua-
na: ↄferamus nos ad ſolam inquiſitionẽ eoꝝ: que finẽ
non habent: uita hec eſt mors incerta: ſubito obrepit
& poſt hec negligentie ſupplicia luenda.

¶ De oratione.

A PReparationem cordis eoꝝ audiuit auris
tua. pſ. x. Nota: ꝙ cithariſta preparat ci-
tharam ſuam: & moderat eam: prius q̃ ci
tharizet coram magno dño: & tunc itrat
ad pulſandum: turpem enim melodiã: &
deformẽ faceret: niſi pri⁹ moderata eſſet. Spũaliter uo
lens pulſare ante dñm per orõnem prius debet cor ſu
um moderare: & diſponere ad quietem tranquilita-
tis: & pacis: & facere: ꝙ intẽtio intrinſeca bñ correſpõ
deat uerbis exterioribus in oratione prolatis. Sic eniꝫ
cor ornatum uirtute charitatis: & patientie pſallẽs cõ
Fig. ram dño cito exauditur. Fig. iii. reg. viii. Salomõ pri
us diſpoſuit

us diſpoſuit templum:& preparauit illud ceteris orna
mentis:et poſtmodũ ipſum intrãs ad ornandũ obtinu
it a dño ſuas petitiones. Spũaliter ſalomon iterpretat̃
pacificãs mentem: et denotat fidelẽ cupientẽ per deuo
tam orõnez a deo obtinere grãm prius quã :aduerſus
eũ habet aliqd:debet pacificare:neceſſe eſt ſemp habe
re.ſ.ſatiſactionem ꝓximoꝝ:ſemp preparare:ut ſi quiſ
memor ẽ illius petendo indulgẽtiã:uel ſi meror:uel do
lor in ipſo eſt:q recepit iniuriã:debet talẽ merorẽ indul
gendo pacificare:& delere de ꝓprio corde:ut alteri de
bitum dimittendo:ſuoꝝ debitoꝝ indulgentiã inueni
at:ſic igit̃ debet cor noſtrũ preparari:ſi uolumuſ exau
diri eccli.xviii. Ante orationẽ prepara aiam tuã:& no
li eſſe homo quaſi qui tentat deum. Temptãt.n.deũ
qui ſine diſpoſitione cordiſ per orationẽ pulſant deũ.
Longe plus ualet cordis deuotio q̃ orõ:& oris locutio
unde iſidor.de ſũmo bono. Quid prodeſt ſtrepitus la
biorum:ubi cor mutum eſt. Sicut.n.uox ſine modula
tione eſt quaſi uox porcorum:ſic oratio ſine deuotiõe
eſt quaſi mugitus boum : oratio cordis non eſt labio-
rum.nempe enim deprecantis cor aſpicit deus:nõ uer
ba orantis. Melius eſt cum ſilentio orare cordiſ ſine ſo
no uocis:quam ſolis uerbis ſine intuitu mentis: hec
iſidorus.

SAcrificium deo eſt ſolemne:ꝑmo reguz.xx. B
In domo magni principis deforme eſſet rez
monſtruoſam uidere: & eſt ratio:quia affe-
ctio humana dicitur eſſe circa delectamen-
ta:& delectabile non eſt niſi in debite proportionatis
rebus. Ideo cum offertur animal diminutum: uel inſo
lita deformitate cõpoſitum:abhorret̃ a uirdẽtibus:&
uocat̃ monſtrũ: et tãto horribiliuſ in nobili domo ap
paret:quãto oia ibi debent inueniri decora. Spũaliter

orantes deum ſine deuotiōe: deo exhibent mōſtra de formia: qa de ratiōe nature animalis eſt hr̄e unum caput: & pedes ſm debitā eius ſpēm: ſic de ratiōe orationis eſt cū uerbis cordis deuotionē habere. Si enim uerba diriguntur ad deum: & cor & affectio figantur ad terrena: nōne monſtruoſa eſt talis orō: ideo in Figura exo. xii. preceptū fuit offerri dn̄o agnū anniculuꝫ ſinē macula: hoc eſt ſine diminutiōe membroꝝ. Spūaliter per agnum ſacrificii: ſiue immolatiōis notatur ſacrificiuꝫ orōnis: ubi requiritur agnus cādidus: & ſine macula mortalis peccati: unde ſequitur: ꝙ debeat eſſe anniculus: quia reuocatus ſpū: & mente: atq; quodāmodo renatus per aquam lachrymarum. Item ſine diminutione membrorū: quia cū oramus deū: homo debꝫ uerſari in corde: qđ prefertur in ore: aliter eēt mōſtruoſa noſtra oratio: & qđ eſt principale ipſius. ſ. cor trūcaremus ab ea. Nā p ſap. xps ait. Prebe mihi fili cor tuū & ſi oratio noſtra debeat deo placere: & ut acceptum ſacrificium ipſam recipere petamus quod iuſtum: & debitum eſt: & ſi ſecus peteremus talis oratio potius nobis impetraret tormentū: criſoſtomus ſuper mat. Colonus inqt dei conſilium dyaboli non requirit: colonꝰ autē dyaboli: & ſi ꝯſilium dei reqrit: nō inuenit: unde fur orat: ut ꝓſperetur in furto: & fornicator ſibi crucis ſignum facit: ut non comprehendatur: ſed tanto citius capitur quia neſcit diuina iuſtitia patrocinium preſtare criminibus.

Fig.

C IN meditatiōe mea exardeſcet ignis: pſ. xxxviii. Non redolent aromata: niſi igne ſuccenſa: ut patet de incenſo. Nam integrū repoſitū nullū dat odorē: ſup ignem uero poſitum fumus eius aſcēdens dat odorē ſuum: & domus illo repletur. Spūaliter oratio comparat̄ aromaticis rebꝰ: ratio eſt:

ſtio eſt: qa ſicut corpora humana aromaticis rebus cõ-
dita preſeruantur a corruptione: ſic aĩa ſanctis orõ-
nibus dedita reſeruatur a peccato. Nam quẽadmodũ
aromatico odore fugantur uermes: ſic deuota oratio-
ne diabolice ſuggeſtiones pelluntur. Vnde iſidor. de
ſummo bono. Hoc eſt inquit remedium eius: q uitio-
rum tentamẽtis eſtuat: ut quotiẽs quolibet modo tã-
gitur: totiens oratione fundat: qa frequens oratio im-
pugnationẽ uitiorũ extinguit: uerũ eſt: ꝙ ut oratio no-
ſtra odorẽm ſuauẽ reddat: requiritur ignis charitatis Fig.
Fig. nume. xvi. ubi preceptũ fuerat tollere turribuluꝫ
& hauſto igne de altari: mitti incenſum deſup. Spũa-
liter p turribulum notatꝛ cor humanũ: ignis autẽ: qui
accipitur de altari: eſt charitas: que debet recipi p imi-
tationem de cruce chriſti. ibi nanqꝫ ignis delectatiõis
accẽſus fuit: qui nunq̃ extigui potuit: ſi ergo uolumꝰ
noſtram orationem odorem aromaticũ effundere: &
uelut incẽſum dignũ in conſpectu dei dirigi: accenſo
igne de altari huius in corde noſtro dñꝫ adoremus: iu-
bilãtes xp̃o ſalutari noſtro: & tũc odore eius fugabit
uermes infernales: ſanabit aĩam a culpe corruptela.
faciet nos deo: & angelis familiares amicos: aug. i ſer.
xl. Oratio eſt aĩe ſancte preſidium: angelo bono ſola-
tium: diabolo ſupplicium: deo gratum obſequm: &
pfecte religionis tota laus: per cuncta ſecula ſpes certa
ſanitas incorrupta: hec aug. Veruntam̃ q̃ plures ignẽ
ſanctum iſtum extingui permittunt a pluuia deliciaꝶ
mundi: & corporalium delectationuꝫ: & tunc nullus
odor ex illorum orationibus exhauritur. Iccirco nul-
la talium petitio exauditur: immo tanto longiores a
diuina gratia fiant: quanto ſe a meditatione perfecte
chriſti charitatis: & dulcedinis pro bono cõicabili elõ-
garũt. Vnde orige. ſuper. ix. lẹuit. Infelix inquit aĩa

cuius fidei ignis extinguitur: & refrigeſcit charitatis
calor: ad quam cũ uenerit celeſtis pontifex q̃rens ab ea
ignitos: & ardenres carbones: ſup quos incenſum of
ferat patri: inueniet in ea frigidos cineres: & aridas fa
uillas: & ſubdit. Tales ſunt homines qui ſubtrahũt
ſe: & longe faciunt a uerbo dei.

D GLadius meus deuorabit carnes: deut. x
xxii. Multum ꝓdeſt bene ſcire gladium
ducere debentibus preliari. Nam in tali
actu ẽt debilior ſuperat fortiorem: obſer
uet enim ꝑliator induſtrius tẽpus: & lo-
cuꝫ: qñ poſſit: & debeat cõmodius gladio ꝑcutere ini
micum ſine propria leſione. Sp̃aliter gladius eſt de-
uota oratio: qa ſicut gladii nuditate oſtẽſa timent ho
ſtes: ſic oratione coram deo fuſa ꝑterrentur demones.
Vnde aug. or̃o eſt anĩe ſancte preſidium: diabolo ſup
plicium. ut dictum eſt in precedẽti ſermone prodeſt. n.
multum: ſi homo bene ſciat oratione uti: & debite tẽ
pus: & locum obſeruare: tunc enim ſupabit fortiores:
Fig. & coronam obtinebit uictorie. Figu. iudic. iii. ubi le-
gimus: ꝙ cũ eglon rex moab multum filios iſrael affli
geret: exigẽs ab eis tributa grauia: ſurrexit aioth: qui
utebatur in prelio ſiniſtra pro dextra: & fecit ſibi ſicã
ideſt gladium ancipitem: quem ponens ſibi ad dextrã
partem ſuper fagum ingreſſus eſt ad regem: & dum
eſſet ſolus cum ſolo percuſſit illum: & occidit: & poſt
modum ducens filios iſrael ſuper moabitas: interfecit
ex eis tria millia uiroruꝫ: & alios conuertit in fugam.
Spiritu aliter eglon interpretatur rotatus: & proprie
denotat corpus humanum: ꝙ quattuor humoribus
rotatur. & ducitur uerſus mortẽ: & ſciendũ ꝙ duo ue
lociſſimi eq indeſinenter currentes trahunt currũ iſtuꝫ

ſcilicet dies:& nox:iõ qđ eſt in tẽpore ãtiquat̃:& mo rit̃ igit̃ cũ iſte eglon:ideſt corpus hũanum ptãtem acci pit ſuper filios iſrael.i.ſup uirtutes anie: exigit ab eis tributa duriſſima:& ẽt mortifera:quia illam introdu cit ad tributum peccati:cuius ſtipendium eſt mors:un de ſcriptum eſt. Anima que peccauerit ipſa morietur: duci enim moabite p̃ſtat obſequiũ:qa demões huma no fauent corpori:& p ſuas prauas ſuggeſtiones ex hibẽt preſidium:ut fortius militẽt contra ſpũm:exhi bendo ſuperfluas delectatiões:quas ſpũs nequaquaꝫ debet cõcedere:ſed aioth:&c.aioth interpretatur la us:& denotat hoiem interiorem:& ſpũm:q nouit de um laudare tã in proſperis q̃ in aduerſis: & hoc eſt ſci re uti ſiniſtra ꝑ dextra:hic igitur facit ſibi gladiũ utro biqꝫ incidentem: quando orat pro amicis:& inimicis hic intrat ſolus cum ſolo:quãdo ſine tumultu: & ex tra turbas gentium orationem ſuam fundit. Certat enim ꝯtra diabolũ:ſeu ꝯtra hoſtẽ ſuũ.ſ.corpus tm̃ nec poteſt tũc ipſum ledere:cum ſic erat occulte:eo ꝙ non querit mundi fauorem:& humanas laudes:nemo igi tur tunc poteſt inimico ſuo preſtare preſidium:cum ſic pugnat. Acuit igitur gladium ſuũ ad petram: ſcilicet orationẽ:dirigens ad chriſtuꝫ:de quo dr̃:petra ãt erat chriſtus:occidit corpus: & proſtrat uires eius:& tunc moriuntur tria millia moabitarum:quia tria illa mala mundum replentia premit:ſcilicet concupiſcentiã car nis:concupiſcẽtiam oculorum:& ſuperbiam uite:quo rum quodlibet mille modis nouit ſpiritum infeſtare: & ſic obtinetur uictoria orationis ſubſidio: iſido. de ſummo bono. Hoc eſt remedium eius:qui tẽtamentis uitiorum eſtuat:ut quotiens quolibet modo tangit̃: totiens orationem fundat: quia frequens oratio im pugnationem uitiorum extinguit.

E A Scendit pandens iterante eos: mich. ii. Nẽo poteſt ultra facultatem ſibi naturaliter preſtitã agere: niſi inſtrumento debito ſit coadiutus. Nam cũ hõ grauis ſit: nequaq̃ poſſet aſcendere: niſi mediantibus ſcalis: lʒ bñ deſcenderet ſine adminiculo: qa oẽ graue tendit ad centrũ. Spũalr ſup facultatem noſtrã eſt celũ aſcendere pp grauedinẽ natam ↄcupiſcentie: que nos trahit ſemper ad infima. Ad illa. n. faciliter inclinamur ſine aliquo adminiculo: proni. n. ſumus ad peccatum: ideo. ps. xxxi. Sicut onus graue grauate ſũt ſup me. Neceſſe eſt ergo: ſi uolumus celũ cõſcendere: nos habere debitũ inſtrm: quo eleuemus nos ſup nos. Et per qđ aſcendamus uelut p ſcalam: hmõi inſtrm: ſiue ſcala eſt uera orõ: ratio eſt: qa ſicut per ſcalam domũ aſcendimus itrantes: & deſcendimus exeuntes: ſic per ueram orõnem deo inoteſcunt nr̃e neceſſarie petitiões: & ide deſcendunt ad nos

Fig. diuine cõſolationes. Figu. geñ. xxvii. Iacob uidit ſcalam de terra attingentẽ ad celũ: & dñm i ſumitate ſcale: ut narrat magr dicentẽ ad iacob: ego ero cuſtos tuus in itinere: & dabo tibi terrã hanc itaq; uidit angelos aſcendere: & deſcendere: dicit ioſephus: ꝙ uidit figuras honeſtas humanas: ſurgens iacob fudit oleum ſup lapidem di. Deus erat hic: & ego neſciebã: eſt eni hic dom⁹ dei & porta celi. Spũaliter per ſcalã hãc ſub audi orõnem: que ſi deuota: & debita eſt: & bõis operibus coadiuta: ſtatĩ per eã angeli dei aſcendẽtes exhibent deo nr̃as petitiones nobis eius gratiã reportantes thob. xii. Dixit raphael angelus ad thobiã: bona eſt oratio cum ieiunio: cũ inquit orabas: & ꝺ relinquebas prandium: & abſcondebas mortuos per diem: et nocte ſepeliebas: ego obtuli orõnem tuam dño: & ſequitur. Et miſit me dñs ut curarem te. Sed nota: ꝙ

petitiones

petitiones noſtre debent eſſe honeſte: & hūane: nō. n. hōeſta eſſet petitio ut tu petas: ꝙ ipſe alteri negas: nec eſſet congruum ab eo: quem tu odiſ poſtulare ſeruitiū Ideo duo debet obſeruare principaliter ille: qui orōnē quam deo dirigit: cupit exaudiri. ſ. ꝙ d'ō adhereat: et in ſe delinquentibus corde puro: offenſioneſ dimittat aliaſ noſtra oratio fruſtra fieret. Vnde iſido. de ſu. bo. Duobus modis oratio impeditur: ne īpetrare qſq; ualeat poſtulata: hoc eſt: ſi aut hic mala cōmittit: aut ſi delinquenti ſibi debitum nō remittit. Iacob igitur: q īterpretatur luctator: qui fugiebat a facie furoris eſau primogeniti: denotat chriſti fidelem: qui fugit a facie diaboli prius creati: ne ab eo peccati gladio feriatur: protegit igitur oratione: quam deo deuote fundit: qa dn̄s ſtatim ei ſpopondit cuſtodiam per uiam preſentem. Ego inquit dn̄s cuſtos ero tui in hoc itinere: & hoc precipue: ut eſt dictum: ſi hōeſta petat. Et que noſtre humanitati ſubſidium preſtēt: non ad temporalia obtinenda: ſed ad celeſtia poſſidenda: unde proſp in ſuis ſententiis. Fideliter inquit ſupplicās deo pro neceſſitatibus uite huius aliquando miſericorditer non exauditur: quid. n. infirmo ſit utile magis nouit medicus q̄ egrotus. Sequitur. Surgens iacob fudit oleū ſuper lapidem: qa uera oratio non conſiſtit in locutionibus tantum: ſed in lachrymis deuotis a corde ex peccatorum amaritudine procedentibus. gregor. xxxiii. moral. Veraciter orare eſt amaros in cōpunctione gemitus: & non compoſita uerba reſonare.

¶ De paſſione chriſti.

CVrrus iſrael: & auriga eius: quarto regū ſecundo. A
Magnum eſt refrigerium: magnaq; ſecuritas: hominem uiatorem iuxta torrentes: & fluuios currum inuenire: uel prope ſe

habere. Nam de tali paſſu exeunt boues & equi: quē homo pedes nō poſſet exire: & ſi exiret: aliquādo maleſaceret: nota enim laborat homo in curru: & tamen ſemper graditur. Poteſt etiā pauſar̄: protegitur a ſuperiori pluuia: & multas currus itinerantibus preſtat cōmoditates. Spiritualiter per currum: qui trahitur q̄tuo rotis: ſubaudi crucem: & paſſionem chriſti: quam traxerunt quattuor pfectiſſime uirtutes. Nam due p̄me rote trahentes chriſtum ad crucem fuerūt charitas & obedientia. de prima apoſtolus ad ephe. ii. Propter nimiam charitatem: qua dilexit nos deus miſit filium ſuum &c. De ſecunda idem ad philipen. ii. Chriſtus factus eſt obediens uſq̧ ad mortē: &c. Secūde due rote trahentes: & ſequentes fuerunt: patientia: & humilitas. de prima. iſa. liii. Quaſi agnus coram tondente obmuteſcet: & non aperiet os ſuum. De ſecunda ipſe dicit mat. xi. Mitis ſum: & humilis corde: igit̄ nos: qui ſumus uiatores: quibus obuiant frequenter periculoſa tentationum flumina: quos ſepe lubrica: ac peſtifera pluuia: atq̧ grando malarum cogitationum inuadit: ſtare debemus iuxta currum: & cum ſentimus tentationum inſultum: currū hunc aſcendamus. Fig. iii. reg. xviii. ubi legimus: ꝙ helyas iuſſit acab iungere currum equis: ut ſuper illum ueniret in iezabel: ne occuparetur a pluuia: eo ꝙ celos uidit cōtenebratos: q̄d erat ſignum future pluuie. Spiritualiter contenebrantur celi: ideſt anime uires: quando uapores turpiū cogitationum de corde aſcendunt: & reſoluuntur interdum in peſtem ualidam conſenſus & operis: ſuadente diabolo: igitur ne huius pluuia nos occupet: currum iungamus: equi enim amor: & timor ſunt. Aſcendamus igitur: iubente chriſto currum: ſcilicet tollentes crucem: ſequamur ipſum quouſq̧ ſumus in iezabel:

Fig.

qui

qui fluxus ſanguinis interpretatur: non d'ficiamus cõ templari eius paſſionem a principio uſq; ad mortem: & effuſionem totius ſanguinis eius: & tunc ſaluabi mur. Tanta enim eſt protectio huius ſanguinis: ꝙ ne mo ledi poteſt ab eodem protectus: idcirco ad ipſam omnes refugium habent: qui ſaluabuntur. Vnde leo papa in ſer. ieiunii. vii. menſis. Effuſio pro iniuſtis iuſti ſanguinis tam potens fuit ad premium: tam diues ad precium: ut ſi uniuerſitas captiuorum in redemptione ſuum crederent: nullum tyrannica uincula retinerent. B

Vidi dominum facie ad faciem & ſalua facta eſt anima mea. gene. xxxii. Secun dum recompenſatiuam iuſtitiam: ille q uidet principem in prelio: & non terga uertit: ſed ſequitur ipſum. debet obten ta uictoria multum exaltari. Vnde au guſti. in ſermo. Dignum: & congruum eſt fratres cariſſimi: &c. qui inquit ſunt ſocii contume lie: debent participes eſſe glorie. Spiritualiter chriſtus filius dei intrauit campum pro nobis certaminis ſalu tis noſtre. iſa. lyiii. Ego inquit propugnator ſum ad ſaluandum: debemus igitur aſpicere ipſum: et non ter ga uertere: ſi uolumus: ut ſua premia nobis largiatur. Fig. Figur. iiii. regum. ii. Cum helias deberet aſſumi de mundo dixit helyſeo pete a me quod uis: anteq̃ tol lar a te: & petiuit helyſeus dicens fiat ſpiritus tuus du plex in me: qui reſpondit rem difficilem poſtulaſti: ſed ſi me poteris uidere: quando aſcendaꝫ: fiet tibi: & tũc apparuit currus igneus: & aſcendit currum helyas: quem uidens helyſeus clamabat dicens. Pater mi: pater mi: currus iſrael: & auriga eius: & ſic quod po ſtulauit obtinuit. Spiritualiter per helyam: qui inter

pretatur deus meus: ſignificatur chriſtus: qui noſter ē
ſpirituali copula incarnationis: per helyſeū ſubaudi
unumquēq; fidelelem diſcipulum xp̄i: et diſciplinā ei⁹
doctrine q̄rentē. Dicit igiť xp̄s unicuiq; fideliu;: poſtu
la a me: & dabo tibi: aperi os tuū: et ego iplebo illud:
anteq̄ tollar a te. Subaudi xp̄iane: ꝙ cōſumato uite pre
ſentis tp̄e: xp̄s tolleť a te: quātū ad effectū bonoꝝ: &
niſi ipetraueris in hac uita gr̄am in alia repies bullam
gr̄aꝝ. Petere ergo debem⁹ duplicē ſpūm ei⁹. i. duplex
donū: hoc eſt grām in preſenti: & glīam in futuro: ſed
dicet ibi. Rem dificilē poſtulaſti q̄nimo impoſſibilē: &
ſupra uires nr̄as: facilem tamē ex parte donantis. Sed
dicit: ſi me potes uidere in curru igneo. i. ſi me pōtes ui
dere in cruce: ſi uideas que paſſus ſum ꝓpter ignē cha
ritatis i ligno: ſeu curru crucis: obtinebis: qđ petis: dū
modo: ꝙ paſſus ſum in corpore: intuearis mente. Con
templemur ergo miſericordie: et charitatis ignē: et ac
cenſo corde noſtro leue erit obtinere qđ petitur: caſſi.
Magiſter: inq̄t miſericordia dei: ut dn̄s mūdi acciperet
formā ſerui panis eſuriret: fons uiuus ſitiret: lux obſcu
raretur: uirtus iſirmaretur: uita moreretur: redemptor
uendereť: ut homo uiuificareť: ubi ergo princeps tāta
afflictione plāgebat. Quis illo flente nō fleret: quis eo
dolente nō doleret: uel gemeret: quando pro gēmato
dyademate rex crucem geſtabat in capite.

PAratus ſum: & non ſum turbatus: ut cu
ſtodiā mādata tua. p̄s. cxviii. q̄cunq; ho
morē difficilē: & arduā aliq̄n aggrediať
tn̄ ſi cōfortatur a ſuo ſupiore: ſi armetur
pietate inferioꝝ oblitus periculis uiriliter
ſe ingerit uidemus exēplū in aīalibus. Canis excitat⁹
a dn̄o ſuo fortiorē ſe inuadit: gallina ēt pro pullis ſuis
cū oibus pugnat. Spūaliter licet paſſio xp̄o fuerit hor

tibilis ad cogitandū:ne dum ad ſuſtinendum: inſtiga
tus tñ a patre:quo minor eſt ſecundum humanitateꝫ
de qua ſermo eſt. Et compatiens pullis.i. filiis ſuis ca
ptiuis uiriliter aggreſſus eſt eam. Fig.exo.iiii. Vbi do Fig.
minus uolens educere populum ſuum de manu pha
raonis uocauit moyſem: & dixit ei. Quid eſt quod ha
bes in manu tua:qui reſpōdit uirgam: & dominus ad
illum:proice illam in terraꝫ:qui fecit:et uerſa eſt uirga
in colubrem:et timens moy. uoluit fugere. Sed exci
tante:ac confortante: et precipiente domino ipſam re
accepit: & in illa percuſſit egyptum: et pharaonē. Spi
ritualiter per moyſem;qui ſolus fuit aſſumptuſ ex aqs
in quibus hebreorum pueri ſubmergebātur : notatur
chriſtus : qui ſoluſ exceptus fuit ab unda peccati per
naturam:ſed uirgo per gratiam:ſub qua tā magni ac
parui periclitabantur: uolens igitur deuſ pater popu
lum ſuum humanum dc manu pharaoniſ:ideſt diabo
li: & de tenebroſo egypto inferni eripe:uocauit ip ſum
dicens. Quid eſt :quod habes pre manibuſ : quid de
ſcendiſti agere in mundo: & reſpondit chriſtus : uirga
eſt:ac ſi dicat:crucis ſupplicium eſt:quod nunc cogito
Et pater ad illum:proice uirgam coram oculis tuis.i.
conſidera:que pati te oportet. Et uerſa eſt uirga in co
lubrem:qui ſerpenſ eſt uariorum colorum : ac diuerſo
rum:qui dum chriſtus oraret in orto : & meditaretur
ſupra ſalutem noſtram:oſtenſa ſunt ſibi tormentoruꝫ
diuerſa genera:que in cruce pati debebat : & tunc ti
mens fugere:ſatagebat quando ait. Pater omnia poſ
ſibilia ſunt tibi:tranſeat a me calix iſte : &c. et factus
eſt in angonia:ut ſudor eius eſſēt gute ſanguinis. Sed
tunc a domino confortatus: & ſuorum captiuorū pie
tate deductuſ ait. Non ſicut ego uolo:ideſt non carniſ
infirmitas petit:ſed promptitudo ſpiritus deſiderat:

pater fiat uoluntas tua. Et tunc uirga crucis apprehē
ſa percuſſit infernum: et diabolum multipliciter uulne
rauit: captiuos ſuos de carcere liberauit: & ſine confu-
ſione ſui ſic de hoſtibus ſuis feliciter triumphauit: un-
de caſſiodorus ſuper illo pſalmo. Obumbraſti ſuper
caput meuꝫ in die belli. In die inquit crucifixionis ſue
ſic obumbratus: atqꝫ defenſus eſt chriſtus: ut nec ani-
mus eius confuſionem aliquam pateretur: nec caro ip
ſius corruptionis iniuriam ſuſtineret: unde bene diffi-
nita eſt paſſio domini dies belli: quando ſcilicet dia-
bolo uicto infernorum clauſtra dirupta ſunt: & capti-
ui liberati ſunt.

D

QVare ergo rubrum eſt ueſtimentum tu-
um: iſa. lxiii. Videntes rem penitus in ſo
litam euenire: cauſam penitus neſcien-
tes: in magnam incidunt admiratiōem
nec quietatur humane mentis acies do
nec peruentum fuerit ad cognitiōem ca
uſe. Idcirco aſpicienntes philoſophi ſolis eclipſim ad-
mirati ſunt ualde: ſed poſt admirationem philoſophā
tes uiderunt: ꝙ cauſa huius eclipſis fuerat interpoſi-
tio lune inter terram: & ſolem. Spiritualiter nulla res
tam inſolita: et tam ſtupenda in mundo unquam fu
it: q̄ ꝙ dei filius in mundo uiſus eſſet cum hominibus
conuerſari: in terra capi: pati: & morte turpiſſima con
demnari. Idcirco prophete in ſpiritu ſancto prophetā
tes admirati ſunt interrogantes: & ſcrutantes cauſam
Repperierunt: ꝙ erat īterpoſitio lune: ideſt aſſumptio
carnis humane: in qua uoluit ſalutem noſtram opera
ri: hec enim eclipſabat diuinitatis radios: ideſt poten-
tie maieſtatem: ne ab hominibus uideretur: prebebat
tantum mortalitatem: & infirmitatem exterius: iſa. i.
Omne caput languidum: et omne cor merens: a plan

pore. In quo ↄfracte ſunt omnes maris unde: ut hoĩes
amplius non ſubmergerent̃: ſed ſilerent: amoto fluctu
eius: & nos deo patri reconcilians ad eterne beatitudi
nis perduceret portum: unde anſel. in meditatione hu
manitatis chriſti. Hic eſt inqt dñs noſter ieſus chriſtus
et ſaluator unigenitus dei filius: uer⁹ deus: uerus ho
mo: q ſolus ſub ſole inuentus eſt: iſte formoſus in ſto
la ſua q̃ deformis pre filiis hoĩum factus eſt. Si quidẽ
uulneratus eſt propter iniqtates noſtras: & attritus ꝓ
pter ſcelera noſtra factus holocauſtum ſuauiſſimi odo
ris in ↄſpectu tuo pater eterne glorie: ut auerteret indi
gnationẽ tuam a nobis: et conſcẽdere nos ſibi faceret
in celeſtibus. Hec anſel.

S Sitiuit anima mea: &c. ps. xli. Naturaliter ho
mines morti appropiquãtes conſueuerunt ſi
tire: et ratio poteſt eſſe: qa ſanguinis effuſio
reddit corpus ſiccuꝫ: et mortis terror arefacit
cor. idcirco homines cõſueuerunt in tali puncto potũ
poſtulare. Inter alia: que chriſtus tempore ſue paſſiõis
ſitiuit: fuit ſalus generis hũani: licet ut uerus hõ. ꝓpter
ſãguinis effuſionẽ corpaliter ſitiret. Sꝫ negata eſt gut
ta aque illi q fecit fontes aquaꝝ: & qui de petra ꝓpter
Fig. populum ſitientem educta aqua potauit. Figu. iiii. re.
prout recitat magiſter hiſtoriaruꝫ: ubi dicit: quod ma
naſes: qui regnauit in hyeruſalem fecit malum in con
ſpectu

ſpectu dei. Nam idola: que diſſipauerat pater eius: ere
xit: & multa alia peccata fecit: de quibus cum iſaiaſ
propheta reprehenderet ipſum: fecit illum eici extra ci
uitatem hyeruſalem: et ibi lignea ferrea ſecari. Et duꝫ
ſic ſecaretur: & eſſet in anguſtia ſitis petiuit aquam: et
negauerunt illam. Et tunc dominuſ de ſublimi miſit
aquā in os eius: et expirauit: nec adhuc carnifices de-
ſtiterunt a ſecatiōe. Spiritualiter per iſaiā qui interpre
tatur ſaluſ domini: nota chriſtum: qui uenit miſſus a
patre: ut omnes ſaluos faceret: igitur cum uideret po-
puluꝫ iudaycum: ſeu phariſeorum collegium cupidita
ti: et auaritie deditum: que ſunt idoloꝝ ſeruitus: que
pater eorum: ſcilicet deuſ per moy. ꝓhibuerat: argue-
bat ipſum dicens: ꝓgenies uiperarum: &c. Ideo ipſum
captū: atqꝫ ligatū duxerunt extra hyeruſalē: et lignea
cruce cruciarunt. Et cum bibere peteret: negauerunt
creatori: quod non negabant malefactoribuſ: unde
animaduerte lector ad id: quod ſequitur: legitur
enim in quodam hebreorum uolumine nomine zan
dri: ꝙ cum damnatuſ iudicio ingreſſurus ad mortē po
tabatur optimo uino in cypho cum puluere incēſi: ut
inebriatus: et alienatus ſenſibus minus ſentiret mor-
tem: & hoc accipiebant iudei de libro prouerbiorum
ſalomonis. xxxi. ubi ſcriptum eſt. Date inebriatiuum
perdito: & uinum ei: qui amaro eſt animo. Mulieres
uero honeſte erāt in hyeruſaleꝫ: que ex charitate ſpon
te mittebant uinum hoc condemnatis: & qui mo-
ri debebant. Cum igitur huiuſmodi mulieres tempo-
re mortis chriſti paraſſent: tam pro chriſto: q̄ pro latro
nibus uinum bonum: iudei illud biberūt: & loco illi-
us propinauerunt chriſto uinum corruptum: ſcilicet
acetū cū puluere mirre: que eſt ſumme amaritudinis.
Ideo uocatus eſt potus iſte acetum felle mixtum: ut ex

primeretur eius amaritudo. Et hoc eſt quod populo iudaico improperatur amos.ii.ubi ſcriptum erat uinum damnatorum bibit iſrael: & dei eorum. Quem textum iudei malicioſe: & calide mutauerunt remouẽtes inde: & dei eorum: & loco eius addenteſ in domo domini dei eoꝶ. Et ſimile fecerunt in multis aliis ſcripture partibus: uel locis: in qbus uiderunt de xp̄o expreſſiorẽ fieri mentionem. Sic igit̄ dn̄o dederunt iudei ut dictum eſt: acetum cū felle mixtū: ut impleret̄ illud pphete dictū. dederūt in eſcā meā fel: & in ſiti mea potauerūt me aceto. Anſel. in medi. humāitatiſ xp̄i: ſed crucis honore dorſuꝫ incuruare iubemur: & ſuā ipſius portare xp̄i miſeriā: ad locuꝫ deductus ſupplicii mirra potat̄: & felle: & cruce ſubleuat̄: et dicit pr̄ mi: dimitte illis: qa neſciūt: qd faciūt: ſed pater de celo illū potauit fōte: ad quẽ ſitiebat: ut. ſ. perficeret̄ humana ſaluſ Iccirco ait: cōſumatū eſt: et patri tradidit ſpūm. Aug. in ſer. xxiii. ſuper io. uidit ergo: qa cōſumata ſunt oia que oprtebat: ut fierent: & cōſumarent̄: que ſcriptura predixerat. Et in ſiti mea potauerūt me acceto: ſitio inquit: tanq̄ ſi diceret: hec minus feciſtis: qđ daturi eſtis: cū accepiſſet acetū ieſus dixit: cōſumatū eſt. Quid per hī niſi: qđ pphetia predixerat tāto ante: deinde: qa nil rmāſerat: qđ anteq̄ moreret̄ fieri adhuc oporteret. Tā q̄ ille: q ptātem habet ponendi aiam ſuā: & ſumēdi eā in eternū: Peractis oibus q̄ ut peragerent̄ expectabat inclinato capite tradidit ſpūm. Hec aug. Sed attende lector: ꝙ dictū eſt de carnificibus pphāꝫ ſecātibus: qa nequaq̄ deſtiterūt tormēta inferre: pp qđ ſigna dederunt: que de meſſia uiderūt. Sic iſraeliticus ppl̄s nō receſſit a pfidia ob tāta oſtenſa pdigia: et in uita: & in morte xp̄i. In uita nāqꝫ ſigna: & pdigia demōſtrauit: que nullus poſſet facere niſi deus: un anſel. in medita

tionibus

tionibus humanitatis xp̄i:ueniſti ad nos inqt diuini uerbi lampas:extollēs ad illuminationē orbis terrarꝝ: & regnū dei ānunciās cunctis obtempantibus uerbo ſermonē ſequentibuſ ſignis cōfirmaſti:uirtutē diuinitatis oñdiſti:cunctis male habētibus oīa oībus gratiſ exhibēs:que ſaluti ipſorꝝ congruerent:ubi oēs lucrifaceres. In oībus his non eſt auerſus furor eius: ſed obſcuratū cor inſipiens eorꝝ : et ꝓiecerūt ſermoes tuos retrorſū: nec attenderūt ad oīa mirabila tua: hec. anſel. Ad ſigna uero:que in morte dñi ſunt oſtenſa:minime attenderunt:qa obſcurati erāt oculi eorꝝ:ne uiderent. ꝑs. Signa nr̄a nō uidimus. Et tamē hec ſigna cognouerūt elemēta muta: & fuerūt in his ſtupore repleta: unde leo papa in ſmone reſurrectionis dñi. Ruit inqt ſubito nox media die:& mortē dñi oīs creatura:ne uideret effugit. Texit faciē ſuā lugubre oē celū:totuſ orbis tenebris obuolutus occultauit uultū ſuū : ne uideret in cruce dñm ſuū:elemēta ipſa turbanſ: et rugiunt ſaxa rumpūtur:ſepulchra pateſcūt:mortui reuiuiſcūt factum eſt in terra chaos. Timet omnis natura periculum:& iudea perficit paricidium : h leo papa.

CVm exaltatus fuero a terra:oīa trahā ad me ipſum:io.xii.not.ꝙ attractio fit a tribus.ſ. a calido:ut patet de uaporibus a calore ſoſ. fit a uacuo : ut patet de locatis:et locis:fit a ſimili:ut patet de morſu ſcorpionū:et ſerpētum. Spūaliter iſtis tribus modis xp̄s benedictus traxit nos ad ſe:& ſanauit a pctō:nā primo noſ traxit per calorē ſue charitatis. Sitientes.n.calore ſue dilectionis : depoſitis mūdi atqꝫ carnis pōderibꝰ leues efficimur:& aſcēdimꝰ ad uapores ſolis radiis exſiccati uſq; ad ueſperam amoris illius:ubi ſuccendimur:& ignimur: & inſeparabiliter eidē ꝯiungimur:unde apl̄us ad ro.viii. Quis

nos ſeparabit a charitate chriſti. Secũdo attraxit nos a uacuo. Dicunt philoſophi: ꝙ celum potius deſcenderet: q̃ quod natura uacuum pateretur quicquam eſſe in terra: uł alibi. Et deus hanc conditionem uoluit ſeruare: quia ne eſſet in celo dare uacuum: uoluit ut terra: ideſt humana natura ſuperius aſcẽderet ad ſupplendum angelorum ruinas. ps. cix. Iudicabit nationibus implebit ruinas. Attraxit nos a ſimili: quia uenit in ſimilitudine carnis peccati: nullũ tamen habens peccatum: ſed induit noſtram mortalitatem: ut ſue diuinitatis nos faceret eſſe participes. Ergo uidentes nobis ſimilem factum ſaluatorem noſtrum: qui nobiſ prius intantum erat diſſimilis: ut nos undiqꝫ ob culpã noſtrę turpitudinis perſequeretur: ſequamur eũ: et intueamur tanq̃ ſignum noſtre ſalutis: & medicinaꝫ animarum: & ſaluabimur. Figu. nume. xxi. De ſerpente

Fig. eneo: quem moyſes ſuſpendit in ligno: cum enim illũ filii iſrael intuebantur: ſaluabantur a morſibus ſerpentium: maiorem ſimilitudinem habebat uenenoſi ſerpentis: uenenoſus autem nõ erat. Spiritualiter chriſtus mundus et purus ab omni peccato: factus tamen mortalis: & nobis peccatoribus quodammodo ſimilis: ſuſpenſus eſt in ligno: ut ipſum aſpicientes oculis charitatis & fidei: ab omnibus peccatorum morſibus liberentur: ſicut genus humanum de morſu dire mortis in ſua paſſione: & morte penitus liberauit. Vnde augu. ſuper io. mordebantur homines: intuebantur: ſaluabantur. Quid ſunt ſerpentes mordenteſ niſi peccata de mortalitate carnis. Quid eſt ſerpens exaltatuſ niſi mors dñi in cruce: qa eſt a ſerpẽte mors: a ſerpẽte figurata ẽ mors: morte xpi mors mortua ẽ qa uita mortua occidit mortẽ: pulchritudo uite deglutiuit mortẽ. Iterum modo fratres: ut a peccato ſanemur chriſtum

crucifixum

crucifixum intueamur: quomodo qui intuebantur il
lum ſerpentem morſibus non peribant ſerpentium: ſic
qui intuentur fidē morte chriſti / ſananť morſibus pec
catoꝝ. Sed illi ſanabantur a morte ad uitam tpalem
hi aūt: ut habeant uitam eternam: h.n. intereſt inter
figuratam imaginem: & rem ipſam: figura preſtabat
uitam temporalem: res ipſa: cuius figura erat: preſtat
uitam eternam: hec auguſtinus.

APeruit latus eius. ioan. xix. Fugientes mor- V
tales inimicos: ſi qñq; uenirent ad domum:
uel caſtrum: in quos pararent preſidium: &
oſtium proſpicerent cōtra ſe clauſū: per qđ
illis eſſet intrandum: nihil eis profuiſſet eoꝝ fuga: cū
uero patet illis aditus: ſalui fiunt. Spūaliter añ chriſti
aduentum clauſa erat paradiſi ianua: ideo quantun-
cunq; patriarche: & prophete: & antiqui patres fuge
rent uitia: & peccata: & per ſancta opera feſtinarēt ad
celum: qa tamen oſtium clauſum erat: extra remanen
tes captiuabātur ab hoſtibus: & ad carcerē ducebanť
inferni. Sed tempore paſſionis chriſti aperto dire lan-
cee aculeo latere eius: apertum eſt celi oſtium. & fa-
ctus patens aditus: ut illuc accedentes preſidium in-
ueniant ſalutare: unde ipſe ait: Ego ſum oſtium: &c. Fig.
Figura geneſis. vi. Cum parata eſſet archa iuſſit do-
minus oſtiū fieri ex latere: ut per illud īgrederenť oēs: q
ex aquis diluuii ſaluandi erant. Spiritualiter oſtiū fa
ctum in archa eſt oſtium factum in chriſti latere ī ſua
paſſione: per quod neceſſe eſt omnes credentes intrare
qui in archa eccleſie ſunt ſaluandi: & a peccatoꝝ dilu
uio liberandi. Nam aperto hoc oſtio ſanguis exiuit in
precium: & aqua in lauacrum: ut loti: & liberati a pec
cato: mundi intraremus per mundū oſtiū ad collegiū
iuſtorum. Augu. ſuper io. Vigilanti inquit uerbo euā

gelista uſus eſt: ut nõ diceret: latus ei⁹ pcuſſit: aut uul
nerauit: aut qd aliud apuit: ut illic quodãmodo: oſti-
um panderetur uite: unde sacramenta eccleſie manarent
ſine quibus ad uitam: que uera uita eſt: nõ intratur. Il
le ſanguis effuſus eſt in rmiſſionem peccato℞: aqua il
la ſalutaris temperat poculum hĩ: & lauacrum preſtat:
potum. Propterea primo mulier facta eſt d' latere dor
mientis uiri: & appellata eſt mater uirorum: magnum
V quippe ſignificauit bonum: aut magnũ preuaricatio
nis malũ: hĩ ſecũdus adã inclinato capite obdormiuit
in cruce: ut inde formaretur ei coniunx: que de latere
dormientis effluxit. O mors inquit: unde mortui reui
uiſcunt: quid illo ſanguine mundius: quid illo uulne
re ſalubrius: hec aug...

X Sicut agnus coram tondente ſe obmuteſcet
yſa. liii. Quando gentes habẽt peragere ar
dua: & laborioſa: & precipue cum illis imi
net inimico℞ periculũ: duo coſueuerunt fa-
cere. ſ. ſumere aliquid ad confortandũ & roborandu
uires: & ſibiipſis dare ſigna: ut cognoſcant ſe mutuo:
& ab hoſtibus tueantur ſe. Spiritualiter uolens chri-
ſtus educere genus humanũ de manu diaboli: ipſe ſe d
dit in cibũ: & pcepit hoc ſp fieri in memoriam ſue paſ
ſionis: ut fieret nobis in ſignũ ſecuritatis cõtra inimi-
Fig. cos. Fig. exo. xii. de agno paſchali comeſto cũ lactucis
agreſtibus: de cuius ſanguine factũ eſt ſignum crucis
in utroqȝ poſte domus filio℞ yſrael: cuius os cõfractũ
nõ fuit: ſapi. i. agnus iſte chriſtum ſignificat crucifixũ
in exitu inferni: cuius ſanguine protegimur a percutiẽ
te angelo. i. diabolo: ſi corde: & corpore nos munim⁹
illo: portantes crucem eius corde: & corpore: & memo
res ſimus agreſtis anguſtie: quam ptulit pro nobis: os
non fuit cõminutum ex eo: qa ut dicit augu. ſup ioã.

ad hoc ptiet teſtimõiũ:os ñ cõmiuetis ex eo:qa cũ ad
ieſũ ueniſſet nõ fregerũt crura. Igit̃ iſte agn⁹.ſ.xp̃s nos
uere de egypto inferni:pcuſſo diabolo:eduxit: atq; p
duxit ad eterne gl̃ie pmiſſionem per mortẽ ipſius: ut
aug.in quodã ſermo.reſurrectionis dñi. Ipſe.n.adiu
dicatus:ut agn⁹:& occiſus ueluti ouis:ab egypto noſ
redemit:& ſaluauit nos de manu diaboli:quaſi đ ma
nu pharaonis: & cõſignauit aĩas nr̃as proprio ſpũ:
& mẽbra cordis nr̃i ſuo precioſo ſanguine. Hic eſt q
cõfuſione mortem induit: & diabolũ in planctũ cõſti
tuit:hic eſt:q iniquitatẽ pcuſſit & iniuſtitiã: ſicut mo
yſes egypti ſterilitatem dãnauit.Hic eſt:q nos de ſerui
tute eripuit ad libertatem: de tenebris ad lucem: de
morte ad uitam:a tyrannide in regnum ſempiternuz.

¶ De patientia

EDificantes domũ d'lapidibus pollitis.ii. A
eſdre. Cũ debet aliqđ conſtrui edificiũ:p
mo cõſueuerunt lapides cultro polliri: &
polliti:& bñ aptati poni in edificium: &
quanto pulchriores ſunt: tanto in eminẽ
tiori loco fabrice coaptant̃:lapides qui frãgunt̃ cultro
uel martello proiciuntur in fundamẽtũ:ut̃ i pariete in
cluduntur. Spũaliter deus intendit fabricare palatiũ
in celis pulcherrimũ.ſ.celeſte regnũ: ideo in hac uita
quãplures uoluit eſſe martellos pcutiẽtes lapides iſtoſ
hi ſunt perſecutores:& moleſtatores fideliũ:ſub qbuſ
lapides iſti tanto pulchriores ſunt i cõſpectũ diuini fa
bri;quanto illi fortius per uerã patientiam integri per
ſeuerãt. Talis lapis ille fuit:quem reprobauerũt pha
riſei:& principes ſacerdotũ:q factus eſt in caput angu
li. Qui igitur patientiã xp̃i ſequuntur pſeuerantes po
nent̃ poſtmodũ in honorabili celeſtis edificii loco:ubi
quieſcit omnis tribulatio:atq; penalitas. Fig.iii.reg.

Fig. vi. Vbi legimus: ꝙ cū ſalomon edificaret templū dn̄o de lapidibus quadratis: & pollitis nō eſt audit⁹ mal leoꝝ ſonitus in templo: eo ꝙ extra templū lapides ſūt polliti. Spūaliter per naturale edificium tēpli ſubaudi celeſte edificiū dei: ubi nullus ſonus aduerſitatis: & afflictionis audietur. Bernar. in meditatiōibus ſuis. In regione inquit tua amaritudo locū nō habet. Non eſt aduerſarius ipugnans: nulla rixa: nullū impedimentū nullus timor: nulla inquietudo: nulla pena: nulla impietas: nulla moleſtia: nulla diſcordia: ſʒ pax ſumma: & laus eterna: ſecura ſine fine: reqes: & gaudiū ſemp cum ſancto ſpiritu: h̄ bern. Polliunt̄ ergo lapides q debent poni in tanto edificio: qa ſancti uiri: quos dei ꝓuidentia elegit ad perficiendum celeſte regnū: prius h̄ examinantur tribulationibus: & penis: ut cū iracundi & impatientes: ac etiā deficiētes ſub diuino examine proicientur in gehēnam: pulchri et polliti in loco illo celeſtis edificii honorabiliter reponent̄. Vn̄ pet. ra. in quodam ſer. Ideo forſitan te punit temporaliter. ut ab eterne mortis ardore: & pena te redimat temporali In edificatione. n. templi prius lapides tondebant̄: ne in illoꝝ impōne ſonus mallei audiret̄. Nunc in horreo dn̄i granum ponit̄: donec flagellis: aut triturantiū pedibus ſit excuſſum: ſic uiui lapides: qui ponendi ſunt in illa celeſti ierl̄m: que edificatur: ut ciuitas: uariis infortuniorum concuſſionibus polliuntur: anteq̄ in edificio celeſtis habitaculi collocentur.

B CAput eius aurum optimuʒ: can. v. Optimū aurum probatur per ignem: q̄diu enim ē ibi rubigo: uel mixtura extranea: ſemper fumigat: quando uero non amplius fumigat: ſignum eſt perfecti auri: poteſt enim tunc fieri omne op⁹ de ſeipſo. Spiritualiter patientia hominis igne tribulationum

lationum probatur :expoſitus enim homo aduerſita
tis examini:ſi per murmuratiões : uel blaſphemias fu
migat:ſignum eſt: ꝙ ibi non erat auꝝ perfecte patien
tie:ſed erat color ſophiſticus arte hypocriſis fabrica-
tus:ſed cum eque aduerſa:ut ꝓſpera tolerant̄:ſignuꝫ
eſt optime patientie:ideo ex tali auro celum adornat
mat.v.Beati pacifici:quoniam filii dei uocabũtur.Et
alibi ait dominus.In patientia ueſtra poſſidebitiſ ani
mas ueſtras. Figu. exo.xxy. ubi legimus dominum Fig.
precepiſſe fieri in tabernaculo cãdelabrum ex auro pu
riſſimo ductile in ſummo habebat.yii.capita equalia
ſuper que ponebantur lucerne.yii.auree: et erant ibi.
yii.infuſoria aurea:quibus oleum lucernis infundeba
tur.Spiritualiter per hoc candelabrum ductile aureũ
notatur uir patiens:& deo obediens: qui ſemper uera
ducitur patientia:& ſemper inclinans ſe ad onus ſibi
impoſitum : et ſupponit humeros ad omnia toleran-
dum:flectitur enim:ſed non frangitur: quia in aduer
ſis:& in proſperis laudat deum. Cuius oppoſitum fa
cit hypocrita:qui nihil uult tolerare : ſed minimo con
tumelie uerbo ſtatim frangitur:& conquaſſatur; et ſi
cut ignis probat aurum:ita aduerſitas probat uirum
iuſtũ.gre.i.moral.In hoc inqt mens iuſta deſcernitur
ꝙ dei laudẽ inter aduerſa ꝯfitetur: ꝙ non cuꝫ rebꝰ frã
git:ꝙ ñ cũ caſu glorie exterioris cadit:ſeptẽ uero capi
ta ſuper candelabrum: in qbus erant lucerne.yii.ſunt
uirtutes.ſ.iii.theologice: et quattuor cardinales. Et
ſup his.yii.iuſtitie ꝗa inter tenebraſ lucentia: qa in
ter ſupbos lucet humilitas: inter inuidos lucet chari-
tas:inter auaros lucet liberalitas: inter iracundos lu-
cet patientia:inter ocioſos ſollicitudo ſctã: inter luxu
rioſos lucet caſtitas:& inter guloſos ſobrietas.Sũt ẽt

ibi.vii.infuſoria p q̄ īfundit oleū: quo nutriūt lucerne qa ſeptem ſunt ſpūſſancti dona: quibus infundit xp̄i grā: per quam nutriūtur in nobis uirtutes. Vñ gre. ſu per eze. Sunt inqt multi: qui iam p ſeptem gradus .i. p ſeptē ſpūſſancti dōa: ſeptiform ē grām & aditū uite celeſtis inueniūt: uel meruerūt per timorē dei fieri hūi les: p pietatis ſtudium fieri miſericordes: p ſcientiā diſ creti: per meritū fortitudinis liberi: per conſiliū ſecuri: p intellectum puidi: per ſapientiaꝫ maturi. Sic igitur per hec ſeptem infuſoria gratiarum nutritur lumen in candelabro: ideſt in uiro dei: ne extinguat inter mun di huius aduerſa: ſed tanq̄ exemplaris lumen patien tie luceat omnibus: q in domo militantis eccleſie deo militare diſponunt: quia in ipſa ſemp eſt contra hoſteſ triumphus: caſſiodo. ſup ps. Patientia inqt eſt: q̄ oīa uincit aduerſa: nō coluctando: ſed ſufferēdo: nec mur murādo: ſed grās agēdo: ipſa eſt: que fecem totius uo luptatis abſtergit: ipſa eſt q̄ limpidas aīas deo reddit.

C Odor ſuauitatis eſt in ꝯſpectu ei⁹: eccl. xxxv. Res aromatice non redolent niſi cōtrite: rō ē quia cū ſint dure materie: odor non poteſt e uaporare: qa clauditur infra illas. Et licet ex terius redoleant cito odor ille euaneſcit cū cōteruntur partes ab inuicem adherent: & ſic intrinſecus odor e uaporabatur. Spiritualiter uirtus: & patiētia uiri ſan cti nō ſentitur in quiete: & pace: ſolū enim latet in eo rum conſcientia intentio pura & ſancta. Si uero cōte ritur: & examinetur tribulationibus: & contumeliis: ſtatim uirtus: que intus latebat: patet: quia quāto uir de ſe plus pro xp̄o pati conſiderat: tanto amplius ſpe rare preſumit: ideo per ueram patientiam redolet: un de gre. x. li. morali. Tanto ſpes in deo ſolidior ſurgit:

quanto

quãto pro illo quiſq; duriora ꝑtulerit: quia nequaq̃ retributionis gaudium de eternitate colligitur: qđ non hic pia tribulatiõe ſeminatur. Exuberat ergo odor ſãctorũ in tribulatione: ſicut aromata in cõtritione. Figu. exo. xxx. ubi preceptum fuit accipi quatuor ſpecies arõaticas: ſcilicet ſtacte;: onicham: galbanũ boni odoris: & thus lucidiſſimũ: ita ut equalis ponderis eſſent omnia: & debebãt hec cõtundi in tenuiſſimũ puluerẽ. His igĩt quatuor quomodo dictũ eſt: fiebat puluis thimiamatis ſancti ad uſum: & cultũ dei. Si quis uero hunc puluere; uſuſ fuiſſet in ꝓprium odorẽ periiſſet de populo ſuo. Spũaliter ex quatuor patientie uirtutib⁹ fit thimiamatis ſancti odoramẽtum chriſto: qđ ipſe libenter odorat. Prima patientie uirtus eſt in probatione: ſeu examine: quo nos deus ſuis flagellis probãt: alia uero eſt: qua nos diabolus tentat: alia eſt cu; a proximis noſtris uexamur. His duo: ſcilicet deus: & proximus diuerſimode nos exercent: in quorum exercitiis: ſi fortes ſumus: odorem ſuauiſſimũ deo damus Vnde gre. omeli. yi. ſup eze. Tribus modis uirtus patientie exerceri ſolet: alia nanq; ſunt: que a deo: alia q̃ ab antiquo aduerſario: alia que a proximo ſuſtinem⁹ A proximo nanq; perſecutiones: damna: cõtumelias ſuſtinemus: ab aduerſario tentamenta: a deo autem flagella tolleramus. Sed in his omnibus modis uigilãti oculo ſemetipſam debet mens circumſpicere: ne male contra ꝓximũ protrahatur ad retributionem mali ne contra tentamenta aduerſarii ſeducatur ad delectationem: ſeu conſenſum peccati: ne contra flagella opificis prorumpat ad exceſſum murmurationis: homo igitur hec tria obſeruans iam habet hec tria genera aromatum precioſa. Sed requiritur quartum: eſt. n. quodam tentationis genus grauiſſimum: qđ nunc a

Fig.

deo eſt: nunc a diabolo: & nunc ab homine: & tamen oibus periculoſius: & hoc eſt uitaꝫ ſine tentatione du cere: unde gre. in quadaꝫ omelia. Nulla inquit maior tentatio: q̄ nulla tentatione pulſari: inde prouenit in circūſpectio ſui: incōpaſſio tētati contēptus proximi inobedientie lapſus: preſumptionis intentus: hec gre. His igitur quattuor: ſi quis fortis exiſtat acceptū deo offert ſacrificium in odorem ſuauitatis: ſed nota: q̄ n̄ erat licitum mixturam horum aromatū ad humanū trahere uſuꝫ ſub pena mortis: quia q ſupradicta facit pro hūano fauore obtinendo: non principaliter ꝓpter deum: ut hypocrite ipſi peribunt de populo dei. iob. viii. Spes hipocrite peribit: nō enim placabit uecordia eius: ſed ſicut tela aranearum fiducia eius.

D Aſcendunt uſq̧ ad celum: & deſcendunt uſq̧ ad abyſſū: p̄s. cyi. ut dicit philoſophꝰ: nullū uiolentum eſt perpetuum: uidemꝰ enim uio lenter graue detineri ſuperius: & leue inferiꝰ Nam ſi graue ſecundū naturam ſuam libere poſſet de ſcēdere: nequaq̄ quieſceret: quouſq̧ deueniſſet ad cen trum terre: q eſt locus grauium: ſiſr ſi leue libere poſſet aſcendere: nunq̄ ceſſaret aſcendere: donec deuēiſſet ad ignē: q eſt locus leuiū: ſed utrunq̧: ſcilicet graue: & le ue uiolēter: ut dictū eſt: tenent. Sp̄ualiter pcōres: & in grati homines: quorum ſcelera ſicut onꝰ graue graua te ſunt ſuper eos: ex quibus merentur gehēnā: quadā uiolentia in mundo quieſcunt. Nam de ſui natura tē dunt ad inferos: unde ſicut graue: ſi terra aperiretur: non ceſſaret ruere circa centrum: ſic cum terra aperieт ideſt quando fient fouee: uel ſepulchra in morte pecca toris: non quieſcet anīa illius: donec ueniat in iſernuꝫ Iuſti uero: quorum eſt celum: etiā hic quadam uiolen tia detinent: ut magis mereanт: & ipſoꝝ premiū auge

atur

atur:ſed cũ diſſoluenť a corporalib⁹ uinculis:nõ reqe ſcent anie illorũ:donec peruenerint ad regna celeſtia. Tũc ſaciabiť appetit⁹: & deſideriũ:quo ſolui cupiũt & eẽ cũ xp̃o:uñ chriſtus ſuos leues:& expeditos a pec catis:q hic premunť uiolentia tyrãnorum:& potentũ hortatur ad patientiã di.ioã.xvi. Mundus aũt gau debit:uos aũt ꝯtriſtabimini:ſed triſtitia ur̃a uertetur in gaudium:& gaudiũ mundi uertetur in triſtitiã. Fi gu.exo.xiiii. In exitu iſral de egypto tã ppl̃s iſrael:q̃ pharao cũ egyptiis mare rubrũ intrauerunt: ſed egyp tiis deſcendentibus in ꝓfundum quaſi lapis:filii iſra el tranſierunt ꝑ ſiccum per mediũ eius. Sp̃ualiter egyp tii affligentes filios iſrael ſunt magnates:& mundi di uites in tenebris pc̃tõrum ambulantes:q pauperes:& humiles uexare ſatagunt. Sed oportet in h⁹mũdi exi tu :in quo nullam hẽmus manentẽ ciuitatem:utrũqꝫ ppl̃m per abyſſuꝫ mortis tranſire:qa unuſ eſt exit⁹ho minũ.i.iuſtoꝝ:& maloꝝ:ſꝫ ubi pc̃tõres deſcẽdũt ad ĩfernũ:iuſti:& ſc̃i gradiẽt in celũ:ubi ꝑſecutores paup um gemũt in tormẽtis:patiẽtes:& mites in btitudine et̃na deo fruũť:uñ pe.ra.i ſer.illo mẽdici lazari: & e pulõis diuitis ſic ait. Nẽo ĩqt putet:qa diues iſte bõis r̃cepit bõa:qñ hic magis re⁹ ẽ:qđ cũ a deo ꝓ malis re cepit bõa:bona ꝓ bonis redder̃ ꝯtẽpſit. Nã de diuitiiſ tãtis nec uic̃tũ reddit:nec ſacrificiũ deo:minima obla tiõe depẽdit:at paup diues uulnere cẽſus null⁹:exut⁹ corpe:ueſtit⁹ penis:aiam:quã ſolũ ñ tenebãt uulnera deo in hoſtiã iugiť offerebat:hic eſt ꝙ recepit ꝓ dolo re reqẽ:ꝓ penis imortalitatẽ:ꝓ opꝓbrio gl̃iam:ꝓ ꝯtu meliis honorẽ:ꝓ defec̃tu gr̃am:ꝓ uulneribus p̃mia:ꝓ ſiti fõtẽ refrigerii:ꝓ fame celeſtis mẽſe delicias : quẽ di uitis ſacul⁹ ñ recepit:ſinus diñe conſolationis ĩcludit Tu diues fulgẽs purpura quõdã:nunc tegere fimo ꝑ

coccio ueſtire flāmis: pro molibus diſcubitis: ſuſtinere
dura: pro latis ferculis: epſare penis: copias inopia cō
penſa: ebrietates ſiti digere: pro odoribus aſpergere
fetore: ut cui aſtiterunt uoluptatis obſequia: aſſiſtant
miniſteria nunc penarum: quia pauperem: nunc deſpi
ciendo iſta tibi taliter tu mutaſti: hec Petrus rauen.

E SAgitte tue acute. ps. xliiii. Mercatores la-
tronibus obuiantes i nemoribus nulla poſ
ſunt arma meliora hr̄e arcu & ſagittis: poſ-
ſunt. n. predones percutere a diſtantibus: et
nihilominus eos fuger̄. Sunt qdam adeo in arte ſagit
taria periti: ꝙ dū ſunt in equo: & fugiunt: ēt iaciūt ſa
gittas: quod eſt tuta res iter latrones. Non. n. debent
cū illis mercatores ꝯtendere manuali bello: qa nil bōi
cū talibus poſſunt lucrari: cū ipſi diuites ſint: illi autē
nil hn̄t. Spūaliter xp̄i fideles ſunt magni mercatores:
merces. n. precioſas portant. ſ. merita: & uirtutes: qui
bus diuina mediante gratia mercant̄ celū: ſ; oportet
oēs per nemus pn̄tis uite tranſire: ubi ſepe predoni ob
uiant infernali. Ille aūt cum acie ſuaꝝ tentationū cōa
tur nos expoliare: & priuare uirtutū theſauro. Sed cū
nos inuadit: uel ꝑcutit mundi aduerſitatibus: aut car
nis infeſtationibus: nō eſt certandū: ſeu reſiſtendū per
iram: ſeu blaſſemias: qa nil inde lucramur: q nos affli
gunt: pauperes ſunt & miſeri. Sed decertandū eſt lon
ge ſtantes ab ira: & odio: & arcu patientie proicere ſa
gittas laudis dei: quibus hoſte maligno ꝯtrito: ut ui-
Fig. ctores obtinebimus coronā. Fig. primi parali. x. ubi le
gimus: cū ſaul obuiaſſet uiris ſagittariis grauibus ul
neribus ab eiſdem ꝑcuſſus eſt in tantū: ꝙ ex dolore in
propriū gladiū irruens miſerabiliter mortuus eſt. Spi
ritualiter ſaul iterpretat̄ abutens: ſeu abuſus: & recte
diabolū d'notat: q primo gratia diuia abuſus eſt. Iſte

ꝑſecutus

pſecut⁹ eſt uerꝫ regē dauid: & ex mera īuidia diabol⁹
ſurrexit ↄtra uerꝫ celi regē ex īuidioſa malitia. Hic er-
go obuiat uiris ſagittariis a qb⁹ ꝑcutit: qñ nitit̃ tētat̃
per mundi aduerſa uiros patientia munitos: q pro re-
ceptis iniuriis in dei laudem per patiētiā cito prorum
punt: quod nequiens diabolus ſuſtinere: proprio ten
tationis gladio ſe interimit. Sagitte ergo patiētis acu
tiores ſunt in cor demonis: & grauius illū uulnerant:
q̄ fidelis patientia armatus uulneratur aduerſis: unde
gre. in mora. i. li. īducens in exēplū patiētiā iob: ſic ait
Beatus iob quot uoces patientie in laudē dei protulit
quaſi tot in aduerſarii pectore iacula intorſit: & acrio
ra ualde quam ſuſtinuit: infixit.

¶ De parentibus.

QVare fremuerunt gentes: & ppl̃i medi- **A**
tati ſunt iania. ps. ii. Quedā. n. ſūt uni
rei ad decorē: que alteri ſunt ad dedec⁹
furor: & fremitus ſunt in cāe actus lau
dabiles: ſꝫ ſunt in hoīe multū uitupa-
biles: aſſumit hō tūc ꝓprietatē leōis: ul
apri canibus inſtigati. Spūalr̃ hoīes deū nō timentes:
uel amātes: in nullo futura cogitātes: ſunt brutis ſil'es
q glr̃iaꝫ ſibi a deo preparatā negligētes cōmutant in ſi
militudinem uituli comedentis fenū: ut aper: ſeu catu
li fremunt: cū liberos proſpiciūt adherere deo & uelle
religionē intrare: latrant: & furiunt: atq; fremunt in
religioſos eos ad hoc bonū īducere ſatagentes: malēt
eni filios ſuos īter mundi caliginē inuolui ꝑ uſuras ra
pinas: & alia opa mala: q̄ eos uidere patient̃ deo: & ſa
luti anie dedicari. Fig. exo. v. poſtq̄ moy. & aaron in- Fig.
ceperunt ex dei mādato ppl̃m īducere ab egreſſu egyp
ti: & ad ingreſſum terre ꝓmiſſionis: pharao & ſui ce-
perunt fremere: & furere ī aaron dicentes. Quare uos

ſollicitatis pplm exire egyptũ: Et durius pplm afflixit opib⁹: diſpergendo ipſũ ad paleas: ſcilicet colligẽdas ipoſuit ſuperſtites: qui eos cogerent tantũ de opere facere: nõ receptis palleis: q̃tum faciebant cum illis miniſtrabantur palee. Spũaliter filii iſrael: qui dicunt dñs uidentes: ſunt puri: apti: & idonei ad uidendũ deum: & cognoſcendũ per ſacre ſcripture ſtudiũ. Hos.n. religioſi cognoſcentes ſatagũt de egypto.i. de mũdi tenebris educere: & per uiã religionis ad terrã celeſtis promiſſionis dirigere: ſed ſentientes hoc pharao: & egyptii.i. parentes: & propinq murmurant: clamãt: fremũt in moyſẽ: & aaron: hoc eſt in religioſos: q pueros ad religionẽ inducunt dicẽtes. Quare ſeducitis filios nr̃os: & orbatis nos heredibus: nõ.n. attendunt: q puri fugiunt p̃ntis uite ĩfantes interitus. Sed ut bruta: omni poſtpoſita prudentia: latrant ſolũ aſpiciẽtes carnẽ: & ſanguinẽ: malent.n. filios ſuos diabolo ſeruire q̃ deo. Idcirco diſpergunt p mũdũ ad acq̃rendã pecuniã multis peccatoꝝ laqueis ĩuoluẽdos: & ne deſiſtãt ab ope ĩponunt ſuperſtites ſollicitãtes. Quia ne eoꝝ filii a ſecularibus ceſſent negociis: illos ligãt uxoribus: he.n. ſupſtites ſunt uiris ſuis: iſtigant.n. die: noctuq; pũctionibus duris petentes: & ab eiſdẽ exigentes ueſtes: ornamenta: & cultus nõ parua: ſed maiora more ſolito: qñ.ſ. dabant̃ palee.i. qñ pace mund⁹ fruebatur: & qlibet faciliter lucrabat̃. Tantũ ergo uolunt: & plus q̃ neceſſe eſt filios ſuos ĩnumeris ex poner̃ periculis: q̃ tpe quo: ut dictũ eſt: facile lucrabant̃. Ecce peſſima ſollicitudo. Sed debent puri: & ueri filii iſrael inito crucis ſigno in utroq; poſte.ſ. mẽte: & corde ſeq moyſẽ.ſ. xp̃m et potius deo q̃ parẽtibus obedire: uñ hiero. ſup mat. Si neceſſitas inqt uenerit: ut amor parentũ amori dei cõparetur: & nõ poſſit utrunq; ſeruari: odium in ſuos

pietas

pietas in deum ſeruanda eſt.

IVſtus: ut palma florebit: plantatus in do- B
mo dñi. ps. xci. Prudens agricola uidẽs no-
uam plantã aptã ad fructificandũ: nõ debet
ipſam incidere: quantũcunq; neceſſitatẽ ad
oĩa opera faciẽda habeat: utilius. n. eſt d' arbore ſemp
ſuo tpe continuatos fructus colligere q̃ de inciſa arbo
re aliqua mercantia facere: & perpetuo fructibus eius
priuari. Spiritualiter agricola habens arborem fructi
feram in orto ſuo: eſt homo habens filium aptum ad
religionem: ad dei ſeruitium. Non debet igitur pater
ſubtrahere ipſum de agro dñico: ubi cõtinue per pre-
dicationem poteſt multas ſaluare animas: etiam ſi ip
ſum uideat poſſe poni in operibus mundi ad lucra: &
terrena bona congreganda: in qbus ſepe ania precipi
tatur. Figu. deut. xx. ubi legimus preceptũ fuiſſe filiis Fig.
iſrael: q; arbores fructuoſas nullatenus euellerent: ut
de eis fierent machine. Spũaliter arbor fructuoſa: ut
dcm̃ eſt: religioſus ẽ: & rõ ẽ: qa bõus fruct⁹ dr̃: q tã in
itus q̃ extra bõus ẽ: ut fic⁹: hʒ. n. fic⁹: & alii cõſimiles
fruct⁹ q; pñt reſuari: qđ ñ hñt fruct⁹ hñtes armillã: &
ut pʒ de pſciſ: et aliis: q̃ integra ñ pñt ſeruari: ſic religio
ſi q uer̃ religioſi ſũt: et ſunt itus bõi p ieiunia: & abſti
nẽtiã: & alias uirtutes: & ſunt boni exterius per predi
cationem: & bonã doctrinã. Nõ ergo debent chriſtiãi
filios ſuos: quos aptos uident ad tales producendos
fructus: a religionis agro: & gremio remouere: & d' ip
ſis machinas mũdanas cõſtruere: quibus ania miſera
debens machinare uitia ipſa a uitiis machinat̃: & ſub
audi per machinas oẽs carnales: & mũdiales ſollicitu
dines: in qbus uelut machinat⁹ lapis hoĩes ad alta p
mũdi proſpera elati: ſepe ſubito dãnabilit̃ ɔquaſſant̃
qa fortũa uitrea eſt: & ſepe frangit̃: dum plus ſplendet

ut dicit ſen. Melius eſt igiť: ut in religione qs ꝓficiat
q̄ in hoc mūdo deficiat: ideo boni filii quamq̄ paren-
tes diligere teneanť: eiſq̄ in licitis obedire: ſed hec ui-
dentes impedimenta preparare: nō debent illis aqeſce
re: ſed debent eos in hoc odio habere: unde criſ. ſuper
ioā. x. Qui amat patrē: aut matrē pluſq̄ me: nō eſt me
dign⁹: ſic ait. Nō inqt iubet ſimplr̄ odio parētes habe
re: ſed ſi uoluerint deo plus diligi: in h' odio habeanť.

C  Molauerūt filios ſuos demōiis. ps. cv.
Inter uite preſentis crudelitates: crudeli
or eſt ꝓpriis filiis malefacere a ꝓpoſito.
Ratio eſt: qa parēteſ oēs uniuerſaliter fi
lios diligūt: etiā ueꝝ hoc hꝫ in brutis: q̄
uidemus pro filioꝝ liberatōe mortis pi
culis ſe exponere. Spūaliter ſup oē malū peius eſt ꝓpri
os filios a dei ſuitio ſubtrahere a diabolo: ac diaboli
cis opibus applicare: hoc ꝓprie faciunt hoīes cupidita
ti: et auaritie ſeruiētes: qui per has artes filios ſuos di
abolo ſatagūt imolare. Tales igiť a regno dei merito
Fig. debēt excludi: & in inferno includi. Fig. leuit. xx. ubi
p̄cepit dn̄s filiis iſrael hoc mādatū. Quicūq; dderit de
ſemine ſuo ydolomoloth: ille morte morieť pp̄ľus lapi
dabit eum: & ego ponā faciem meā contra illum: ſucci
damq; illum de medio ppľi mei. Spūaliter moloth: q
interpretať princeps eius: denotat diabolū: qui princi
pať peccatoribus: et mundi filiis: quia princeps mundi
huius nuncupatur: et in deo non habet quicquam: de
ſemine ergo proprio moloth idolo miniſtrant: qui li
beros ſuos cupiditati: et auaricie: que ſunt idolo-
rum ſeruitus: ſatagunt inſudare: hoſ tales pp̄ľus terre
lapidabit: qa q pecūie ſeru⁹ erit multis cōquaſſatiōib⁹
deprimeť: & infinitis cruciatibus cruciabit. Deus ue-
ro cōtra illoſ faciem ſuā ponit: ut excluſi ab angeloꝝ:
& ſanctoꝝ

& ſanctoꝝ cōſortio infernali tradant incendio perpe tuo cruciandi: ubi his duob⁹ lapidibus obruet: unde ugo.li.i.de ania. Quis putas tūc meror erit: que triſti tia: qñ ſeparabunt a conſortio iuſtoꝝ: a uiſione dei: et traditi in poteſtate demonū ibunt cū ipſis in ignē eter nū: ibiq; ſemp erūt in luctu: et gemitu: ubi ſit dolor in tolerabilis. Ergo ſi patreſ crudeles ſunt erga ſemen ſu um: et ſic ſecum uelint ꝓprios filios imolare: fugiendū eſt ab eis: ut euadāt filii tot: & talia tormenta: licet.n. teneamur parētibus ſubuenire: ſi egent: dū ſumus in mundo: nō tamen tenemur pro eis ſeruire diabolo: & diſplicere deo: qñ noſ cupiunt mundi laqueare negoci is: unde ber. ſuper canti. ſer. xxviii. pertractans illd: ſi li uinum nō habent: quid mihi & tibi mulier: ſic ait. Vt qd fratres ſic reſpōdit chriſtus: utiq; ꝓpter nos: ut cōuerſos ad dñm iam nō ſollicitet carnalium cura pa rentū et neceſſitudineſ ille nō ipediāt exercitiū ſpiritua le. Quamdiu enim de mundo ſumuſ debitoreſ nos cō ſtat eſſe parentum: at poſtq̄ relinquimuſ noſmet ipſos multo magis ab eorum ſolicitudine liberi ſumus.

¶ De paupertate.

POſuiſti in capite eius corōam. ps. xx. Se cundum imperiales leges romanoꝝ pro ut maior erat uictoria: precioſior impo nebatur uictoribus corona. Ex hoc eni duces aniabantur et milites ad certandū fideliter: qñ contemplabātur uictorie premium: & ho nores. Spiritualiter inter omnia preſentiſ uite certami na duriſſime feriunt iacula paupertatis. Vnde inno. de uili. con. huma. O inqt miſerabilis cōditio mendi cantis: & ſi petit: pudore confunditur: et ſi non petit: egeſtate conſumit: & ut mendicet: neceſſitate cōpellit Quia ergo ſic dure paupertatis ſtimulus nouit chriſti

A

militeſ impugnare:chriſtus rex pauperum uoluit tri-
umphantes coronare regni celeſtis corona:mat.v. Be
ati pauperes ſpiritu:quoniam ipſorum eſt regnum ce-
Fig. lorum.Fig.apo.xii.V bi ſic dicitur:ſignum inquit ma
gnuꝫ apparuit in celo:mulier amicta ſole : et luna ſub
pedibus eius:et habebat coronam.xii.ſtellarum in ca
pite.Spiritualiter mulier hec eſt anima pauperis : qui
tantum fuit in terra deiectus : nunc autem ſic trium-
phat i celis. V nde aug.de uerbiſ appar.ſer.xxviii.pau
peres confortans ait. Non tibi inquit diſpliceat pau
pertas tua:uis ſcire:quid ualet:celum emit:igitur hec
mulier amicta eſt ſole:quia anima ſancta profunditur
interius : ut capere poſſit lucem eterne glorie.ps.lxxi.
In lumine tuo uidebimus lumen . Et bene dicitur in-
duta ſole:quia ipſa ſequuta eſt eius ueſtigia:qui in ſo
le poſuit tabernaculum ſuuꝫ: et tanquam ſponſus de
thalamo ſuo procedens:naſci uoluit in ſtabulo : et re
clinari in preſepio:cum tamē eſſet lux uera:que illumi
nat omnem hominem uenientem in hunc mundum:
unde anſel.in medit.humanitatis chriſti. Tu domie
uniuerſorum:qui nullam habes indulgētiam inter ip
ſa natiuitatis initia non horruiſti abiectiſſime pauper
tatis guſtare incommoda:ut enim dicit ſcriptura . Ti
bi cum naſcereris:non erat locus in diuerſorio:neqꝫ cu
nabula : que teneritatem tuam exciperent habuiſti:
ſed in uili preſepio ſordentis ſtabuli:tu qui terram pal
mo concludis:inuolutus panniculis reclinatus es : et
hūc ipſuꝫ a brutis animalibus mater tua mutuo acce
pit.Hec anſel.igitur qui ſpiritu pauperes ſunt: abici-
entes cordialiter caduca mundi chriſti conſortes ſunt
in certamine eiuſdē participes fient in gloria. Ideo idē
anſel.ibidem.Conſolamini inquit:conſolamini : qui
in ſordibus paupertatis enutrimini:quia uobiſcuꝫ de-
us in

us in paupertate: habet hec mulier lunam ſub pedi-
bus eius. Luna nãq; propter frequẽtes mutabilitates
ſuas: uana: et proſpera mundi denotat. Lucet enim lu
na noctis tempore: et hec caduca lucent in hac preſen
tis uite caligine. Cum ergo chriſti fideliſ diuino preuẽ
tus amore a ſuo deſiderio remouet preſentis uite proſ
pera: lunam ſub pedibus ſuis calcat iuxta ꝓpheticum
dictum: diuitie ſi affluant: nolite cor apponere: idcir-
co ſequitur. Et in capite eiuſ corona. xii. ſtellaruꝫ. Co
rona iſta eſt premium. xii. apoſtolorum chriſtum in ue
ra paupertate ſequẽtium: quo quideꝫ premio ueri pau
peres premiabuntur. Nam omnia mundi felicia relin
quentes mundi dominum ſequuti ſunt crucifixuꝫ: id
circo dictum eſt eis: uos eſtis qui reliquiſtis omnia: et
ſecuti eſtis me. Et nobis poſtmodum dixit. Qui reli-
querit domum: uel agrum: &c. centuplum accipiet: et
uitam eternã poſſidebit. Aug. de uerbis domini. Qui
bus inquit theſauris equari poſſit: quod pauptati ui
deamus indultum: ut ad regnum celorum ueniret: di
ues poſſeſſione ſua obtinere non potuit: nunc autem
continet: ut contemptu perueniat. Sed bene no. quali
ter diuitie contemnende ſunt: non enim ſufficit ad ue
ram paupertatem diuitiaſ non habere: ut quis paup
cenſeatur: ſed requiritur: ut nullatenus appetãtur: ut
quis pauper ſpiritu: quem chriſtuſ nominat: predicet.
Aug. in quodam ſermo. Habeat homo multaſ pecu
niarum facultates: ſi in eiſ non extolliť: pauper eſt: nõ
habeat aliquid: ſed cupiat inter diuites re
ꝓbos: eos reputat dñs: qa diuites: & pau
peres in corde interrogat: et non in archa.
Bliuioni datus ſum. ps. xxx. Magnũ eſt pi B
culũ diligi a muliere extranea: qa ligatꝰ: & iuolutꝰ ar
tibus illiꝰ detineť captiuus: & ꝑdit interdũ parẽtes ad

patriam. Summū tunc eſt remediū taliter cū ipſa ſe ge
rere extinguat amor. Ipſa tunc aſpicienſ ſe contemni:
obliuiſcetur illius: & ſic poterit liberari. Spūaliter alie
na mulier eſt cupiditas ab omni milite xp̄i. p̄s. xxxix.
Superbo oculo: & inſatiabili corde cum hoc non ede
bam. Hec. n. eſt inſania peſſima uelut artificioſa mere
trix ſenſum: et cor hoīs adeo īmutat: & eius fantaſiā
inuoluit: ꝙ nihil aliud poteſt amare: nihil aliud ualet
cogitare: q̄ cupiditatiſ amplexus: unde am. ſuper illo
io. attulit ager cuiuſdā diuitis. Sicut hi: qui per inſa
niam mentis trāſlati ſunt: nō iam res ipſas: ſed paſſio
nis ſue fantaſias uident. Ita etiā mens auari ſemel uin
culis cupiditatis aſtricta ſp aurū: ſp argētū credit uide
re ſemper reditus cōputat: auꝝ gratius q̄ ſolem intuet̄
Ipſa. n. ſupplicatio: et oratio ad dn̄m aurū querit: hec
amb. Non eſt igit̄ aliud remedium q̄ ſe talē exhibere ꝑ
diuitiaꝝ cupiditatem: ut cupiditas noſtra obliuiſcat̄.
Nemo. n. contemptorē ſuum diligit: ſed ſpernit. Fig.
Fig. exo. recitat ibi magiſter: ꝙ cū moyſes detineret̄ a filia
regis ethiopie: quā in uxorem deſpōſauerat: nec ab ea
poſſet recedere: ut rediret ad ppl'm ſuum: aſtronomica
arte fecit duaſ imagines: quaꝝ una uocata eſt obliuio
quā dedit uxori: alia uero uocata eſt memoria: quaꝫ
pro ſe retinuit. Vxor igit̄ accepta obliuionis imagine
ſtatim oblita prioris amoris eſt: et moy. libere ad filioſ
iſrael regreſſus eſt. Spiritualiter moyſes erat filius pu
tatiuus thalamuh filie regis pharaoniſ egypti recipi-
entis ipſum ex flumine: ſed erat uere filius hebree: per
ipſum igitur moyſem ſubaudi hoīem quemlibet di-
uitem: et potentem: putatur enim filius terrene felici-
tatis: ſed tn̄ in ueritate nō eſt ſic: ſed eſt filiuſ calamita
tis: et miſeric. Iob. xiiii. hō natus de muliere breui ui
uenſ tempore: &c. Huic ergo rex ethiopum tradidit fi

liam

liam cupiditatem: ethiopia enim interpretatur caligo
Rex ergo ethiopie princeps eſt tenebrarum.ſ.diabolus:
qui conatur cupiditatem filiã eius tradere chriſtião in
mrimoniũ indiſſolubile: & per hanc miſer homo relin
quit prem: & matrẽ: & pplm ſuũ: & patriam. Nã chri
ſtianus pdit chriſtum: & ſanctorum oſortium: & regnũ
celi: hec eſt igit uxor peſtifera: que ſic ligat mentem: &
ſuis captiuat laqueis: un leo in ſer. cene dñi iducens iu
dam pditorem ſup his ſic ait: i exemplũ. Cũcta iquit
mala cupiditas procurauit: hac affectata magiſtrũ tra
didit iudas. Nam cupiditas huiuſmodi hanc ſortita ẽ
naturã: captas anĩas detinet: & oĩbus nodis alligatas
aſtringit: rerum obliuionem imponit: & alienationẽ oſtẽ
dit: & inde iudas cupiditatis inſania captus: quanta
beneficia reſpuit: ↄuerſationem cõſuetudinis: comuni
cationis menſe: diſciplinatus: admonitionis: ſuaſionis
oblitus eſt: frenis cupiditatis impeditus: iõ paulus cu
piditatem radicem oĩum malorum nominat: hec leo.
Facere ergo neceſſe eſt duas imagines quarum una ſit
obliuio: & hanc porrigere cupiditati: ſed hec per nul-
lam poteſt fieri fabricaꝫ: niſi per artem paupertatis: ſꝫ
ſi paupertatem dilexeris: ſtatim mundi cupiditas tui
oblita: te liberum abire permittet: & iſta imago: ſcili-
cet memoria paupertatis ſaluatoris tui te concitum
perducet ad celum cum ueris filiis iſael: qui ueram ſe-
ctantes paupertatẽ ſpirituale obtinent regnũ celi: un
de auguſtinus in ſoliloqui. Hanc ſecum ferens imagi-
nem fiducialiter ſibi petit celum aperiri a chriſto dicẽs
Ecce inquit: domine: pauperes filii tui ſumus: & puſil
lus grex tuus: aperi nobis ianuas: & edent pauperes:
& ſaturabunt: & laudabunt te: qui requirũt te. Scio
domine: & per me fateor: te docente: quoniam ſoli illi
qui cognoſcunt ſe pauperes: ditabuntur a te.

C Quis aſcendet in montem dñi. ps. xxiii. Pru
dens alicuius regionis princeps: quam multi
mercatores frequentant: ita ordinat terras:
ciuitates: & caſtra ſua ut uiatoribꝰ hoſpitia
nõ deficiant. Si.n. diſtantia eſt longa de loco ad locũ:
& in medio nullũ eſſet receptaculuꝫ: multi perirent in
uia: nam uiatores oẽs non ſunt eque ueloces. Aliqui
enim ſunt debiles: et infirmi: q nullo modo poſſent ad
extremũ puenire terminum: ideo neceſſe ẽ: ut habeãt
inuenire hoſpitiũ in medio. Spũaliter eternus priceps
magna prudentia ordinauit itinera: que ducunt ad ce
lum. Eſt.n. ſpacium determinate diete. ſ. oĩa relinque
re: & cruce accepta ſequi chriſtum: ſꝫ nõ oẽs hoies ſũt
ita fortes: & agiles: ut hec poſſit exercere: multis uide
retur hĩ ſermo durus: abirent retro triſtes: & perirent.
Nõ poſſent.n. de extremo diuitiaꝶ uſqꝫ ad extremuꝫ
paupertatis attingere: ideo ipſe xp̃s libere cõceſſit hoĩ
bus diuitias poſſidere: ad licitũ uſum tñ: nõ.n. in illis
eſt dãnatio: ſꝫ in abuſu ipſaꝶ: uñ ſup illo. ps. Diuitie
ſi afflu. no. cor. app. dicit gl. aug. Nõ dicit nolite habe
re: ſed nolite cor apponere. non.n. dãnat diuitias: uñ
Fig. mereamur celũ: ſed cor appoſitũ: qđ. ſ. nõ expẽdit: ſꝫ
recondit. Fig. gene. xix. ubi legimus dictũ fuiſſe loth
ut egrederet̃ de illis duabus ciuitatibus peſſimis. ſ. ſo
doma: & gomorra: & nõ ſtaret in oi loco circa regionẽ
illam: ſed in monte ſaluaret ſe: & familiã ſuaꝫ. Qui re
ſpondit: ſe pp debilitatem montem nõ poſſe aſcende
re: eo quod erat antiquus: & debilis: ut dicit magiſter
hyſtorie. Sed inquit eſt ciuitas hic iuxta: ad quã poſ-
ſum fugere: parua ſaluabor in ea: & dñs ad eum. Ecce
etiã in hĩ ſuſcipiam preces tuas: & ſaluatus eſt loth: &
uocata eſt ſegor. Spiritualiter per has duas peſſimas
regiones: ſubaudi has duas inſanias nephandiſſimas
ſcilicet

ſcilicet cupiditatem: & auaritiam. Ex his dñs loth. ſ. fidelem chriſtianum cum tota ſua familia. ſ. memoria intelligentia: & uoluntate iubet fugere: & nõ morari circa regiões uerbo: cogitatiõe: et ope. Sed ſuadet mõtẽ aſcendere per ꝯtemptum diuitiarum: qui mons dicitur tam deo dilectus: in quo beneplacitum eſt ei habitare. Sed loth ideſt chriſtianus infirmus: et debilis nõ poteſt per uiam ſumme paupertatis aſcendere: nec ualet ſic incedere: ſed eſt ſegor hec ciuitas iuxta: ideſt magis conformis humane fragilitati: ſcilicet actiua uita: uita marthe operari proprio ſudore: quo uiuas: et in hoc etiam ſalus eſt. ps. cxxyii. Labores manuuꝫ tuarꝫ &c. & not. ꝙ ſegor interpretatur parua: uel minor: qa multum diſtat ciuitas hec a premio prime uite: quia ſicut ſe habet meritum ad meritum: ita premium ſe habet ad premium: qui enim parce ſeminat: parce & metet: nihilominus quia non equaliter ualemus omnes uoluit chriſtus inter medium extremum ſegor eſſe. i. licitum diuitiarum uſum: in quibus homo poteſt ſibi hoſpitium per elemoſynarum largitionem procurare in celo. Nec eſt ibi offenſio: ſi homo pro ſe: et ſuis ſibi que ſunt neceſſaria prouideat: unde aug. in quadam epiſtola. Sufficientiam inquit uite non indecẽter uult quiſquis eas uult: & non amplius: que quidem nõ appetitur propter ſeipſam: ſed propter ſalutem corporiſ et congruentem habitum perſone: ut non ſit inconueniens eis: quibus uiuendum eſt. Iſta ergo cum habentur: ut teneantur: et cum non habẽtur: ut habeantur: orandum eſt.

Amice non facio tibi iniuriã: tolle qđ tuũ eſt: & uade: mat. xx. Non eſt decẽs repetere: qđ homo ſponte uendidit. Res enim uendita tranſlata D

eſt in poſſeſſionē emptoris:iō iniuſtū eſſet rem uēditā uelle habere:& ꝓciū:ex his.n.quod plus placuerit:po teſt hō eligere:ſed poſtq̄ ſe ſic ad unuz determinauerit n̄ poterit alid' repetere:fieret.n.emptori iniuria. Spūa liter nō eſt decens hominem in uita preſenti delitiis di uitiis:& uoluptatibus ſuis uelle frui regno dei poſtpo ſito:& in alia uita xp̄i regnū repetere. Iniuria.n.fieret pauperibus ſpū:q ut regnū iſtud emerēt:dederunt : n̄ ſolū mundi diuitias:& facultates:ſed etiā ſeipſos de‑ derunt in precium:iō iuſtus iudex cōtra iura petētibꝰ reſpondebit:recepiſtis bōa in uita ueſtra : pauperes ue

Fig. ro mala:ſufficiat uobis portio:quaz elegiſtis:uocaſtis bona ueſtra in terris:bonis ergo illis contentemini. Fi gu.gen̄.xxy.&.xxvii.Cum eſau primogeniturā uen didiſſet iacob fratri ſuo: & pr̄ eorū iacob bn̄dixiſſet i rore celi:& feciſſet dominum hr̄ditatis:uenit ad pr̄ez & ait pr̄ mi:da mihi bn̄dictionem. Rn̄dit iſaac pr̄ eiꝰ Frēm tuū dn̄m feci:qd tibi poſſū facere ? uerūtamē in pīguedine terre erit tua bn̄dictio. Spūaliter p eſau:& iacob filii iſaac denotāt diuitē:& pauperē:q ſimul ex eunt negociari in uitā preſentē. Iſaac.n.q riſus īterpre tat̄:xp̄s eſt:qui eſt gaudiū angeloꝝ:& hominū:& qui amborū factor:& creator dr̄:unde diuites:& paupe‑ res obuiauerūt ſibi ī uia:utriuſq; aūt creator ē:& dn̄s ſed uide:ꝙ eſau ꝓmogeniturā uēdidit cibo uili eſau ī terpretat̄ uanus:qs uanior:qs inſcipiētior eo: qui pro tā uilibꝰ ꝓcioſa amittit : hos tales iere.plorat in trēis di. Dederūt inqt precioſa ꝑ cibo ad refocilandas aīas ad refocilandas inqt:non āt ad ſatiandas. Quicquid poteſt hō in uita pn̄ti diuitiarū obtiere : nequaq̄ mini mam partem appetitus anime ualet ſatiare :& nihilo minus uanus iſte uana talia potius eligit:q̄ celeſtia :in quibus eſt plana ſocietas:ideo ſemper eſt in anguſtia:

unde

unde iſid. in ſolilo. Quãuis qſq; in ſeculi gloria fulge-
at: quis purpurã: & auro: qs reſplendeat: quis culta et
ꝓcioſa redimitus emineat: ſemp tamen in pena eſt: ſp
in anguſtia: ſemper in merore: ſemper in diſcrimine: q̄
uis in ſericis ſtratis cubet: ſed turbidus in pluuia iacet
ſed palidus in lectis aureis: ſed turbatus. Breuis ē hu
ius mundi felicitas: in his ergo uanus hō portionē ſuã
petit: ſed iacob. i. pauper portionē ſuã ſibi dari petit ĩ
terra uiuētiũ: ubi rubigo nō maculat: nec tinea corro
dit: hic nil habet: iō ſibi recipit bñdictionem de rore
celi: qa terrenã gloriã non q̄ſiuit: diuiti uero dr̃: in pin
guedine terre. i. in terrena ſubſtantia tua bñdictio ſit
ſic mobiles ſint:tñ ſuam influentiã ſup terrã hñt : nec
ſuperflue mouent motu ꝓprio:uñ eſt : ꝙ interdũ uide
mus quendã motum uapoꝝ:qui uident ſtelle : ſed nõ
ſunt:nõ.n.in aliqua celeſti ſpera ſunt:ſꝫ ſunt infra ſpe
ras actiuoꝝ: & paſſiuoꝝ : q̃q̃ appareant ſtelle : cui⁹ ſi
gnum eſt:qa in ſe mox euaneſcunt:ſtelle aũt uere in ꝑ
petuum manent. Spũaliter ſtelle celi denotant religio
ſos.

ſos: quos deus in ſuis ordinibus q̃ſi in ſperis ſuis mul
tipliciter ordinauit: & collocauit: & ad plura: & diuer
ſa officia deputauit. Aliquos eniꝫ ordinauit ad ſacre
ſcripture ↄtemplationẽ: qui populos inſtruant & illos
doceant diuĩa mãdata: de q̄bus daniel.xii. q̄ edocti
fuerint fulgebũt quaſi ſplẽdor firmamenti: & q̄ ad iu
ſtitiã erudiũt multos: quaſi ſtelle in ꝑpetuas eternita
tes: &c. Alii ũo ſunt: q̄ licet ñ moueatur celeſti ↄtẽpla
tiõe mouent ñ cũ hoc neceſſaria: et utili actiõe: uiſitã
do.ſ.pſonas ſeculares in tribulationibus plurimis: ꝑ̄
bendo ↄſolationem afflictis: inferendo conſilium de
uiis: & reducendo peccatores confeſſionibus ſuis. In
terdum etiam pro ſe & aliis uictum: & ueſtitum pro
curando: & multas alias actiones neceſſarias exercen
do. Hi ergo licet hunc motum habeant circa terrena
nõ tamẽ ẽ ſuperfluus: q̃m neceſſaria eſt martha marie
ſunt enim uere ſtelle.i.ueri religioſi: & habent influẽ
tiam ad bonum cõmune multa opera miſicordie exer
cendo. Sed ut dicebatur: ſunt quidam uapores terre
ſtres: qui uidentur ſtelle: & nõ ſunt: quia quidam por
tant religionis habitũ: religioſi uero nõ ſunt: q̄a cor:
& affectus nec eſt in altiori ſpera cõtemplationis: nec
eſt in aliis ſperis ſancte actiõis: ſꝫ ſolũ infra ſpas acti
uorum: & paſſiuoꝝ.i.inter carnem & mundum: ubi
nihil aliud ĩuenit̃ q̃ actio maloꝝ: & paſſio penaꝝ. Nã
ibi oĩs actio terminat̃ in paſſionẽ: iſti ergo nec ut ma
ria ſunt in celo: nec ut martha ſunt in terra: nam licet
operaretur: tamen dño miniſtrabat. Iſti uero tales nõ
ſũt ſtelle uere: ſed erratice: quia nec deo uacant: ut ma
ria: nec proximum procurant: ut martha: ſed ſolum ſi
biipſis: ut iudas. Et quia nõ ſunt in aliquo celo fixi: ci
to inflammati concupiſcentie igne cadũt ſup terram: Fig.
& deficiũt. Fig. apoc. vi. ubi legim⁹: ioannẽ uidiſſe: ꝙ

ſtelle ceciderunt ſup terras ſicut ficus: qui ſuos mittit
groſſos: qui nullā in arbore firmitatē habent: dū ſunt
imaturi: et celum receſſit ſicut liber iuolutus. Spūalr
p has ſtellas cadētes ſubaudi pſeudo religioſos: quos
religio ꝓicit: eo ꝙ in religiōe nullā habeāt firmitatē cō
ſumata eorū malitia: quā aliquali ſimulatiōe bōi coo
periebāt: cognoſcunt: et reiciunt: et cadētes in terrā: ce
leſte nō capiūt premiū: ſed fugit ab eiſ: ut liber iuolut⁹
et clauſus: in quo nūq̄ uoluerūt legere: & cū hoc ꝑdūt
bōa tpalia: qa cōperta eoꝝ neqtia deſpiciunt: eo ꝙ co
gnoſcūt affectū poſuiſſe ad terrena: quis p eoꝝ geſtus
ſimulatos cupiūt reputari celeſtes. Relinquūt ergo di
uitias corde: ſed nō mēte: & dei iuditio priuāt diuitiis
& a uero pauperꝝ p̄mio efficiūt penit⁹ alieni: uñ caſ. li.
viii. Nil ꝓdeſt pecūias nō poſſideſ: ſi uolūtas fuerit poſ
ſidendi. Mi𝔯abile āt eſt pauptatis a ɔdimētis tolleraſ
ſe mala: fruct⁹ uero eaꝝ caſſe uolūtatiſ uitio ꝑdidiſſe.

E A Scēdit nauī cū diſcipliſ ſuis marci. viii. In na
ui bñ ordinata obſeruāda ſūt. iiii. Primo: ꝙ
p̄ncipalis nauta nō eligat ſorte: ſcđo ꝙ p̄nci
pali naute oēs bene obediāt: tertio ꝙ ſinguli
naute collocent a p̄ncipali ad ſingula offā nauis: ꝓut
melius apti ſunt: q̄rto ꝙ nullus locū: ſeu offm̄ ſibi aſſi
gnatū moueat: ſeu relinq̄t. Spūalr ſubaudi p nauī rel
ligionē: rō eſt: q ſicut nauis de terra fertili uictū terre
ſterili portat: ſic religio de abūdātia ſacre ſcripture eſu
riētib⁹ celeſtia alimēta miniſtrat: uñ ꝓue. ulti. Facta ē
quaſi nauis inſtitoris de lōge portās panē ſuū. Igit pri
mo dꝫ eligi principalis nauta. ſ. prelatus: nō ſorte car
nis: uel ſāguis: ſed ille q precellit ſcīa: & bōitate. Scđo
debēt tāq̄ patri: & paſtori obedire: tertio oēs debēt co
locari ad officia: ad que apti ſunt. Non. n. haurieda eſt
aqua cū ſotularibus: nō debet poni ydiota ad docen
dum:

dum:nec prauus ad regendũ:ſed ualẽtibus: & ſcienti
bus debent ĩponi officia: debet enim etiam unuſqſq;
in loco ſibi aſſignato qeſcere. Videmus enim: ꝙ in na
ui ruſticus ſtat iuxta patronũ et principalẽ:et ſupra eũ
eo ꝙ pitior ſit in arte nautica: nec q̃rendus talis loc⁹ ẽ
in hac naui:que arta eſt:qualis querit̃ in terra: que la
ta ẽ:& ſpatioſa. Sic i ꝓpoſito:q ueniũt ad ſcã religio
nis ſocietatẽ:ex delitiis:& diuitiis mũdi nõ debent fa
ſtidio habere ꝓximos ſuoſ:qui ad iſtã ex pauptate ue
nerũt:nec debent dedignari ſubeſſe prelato uili:ſeu ru
ſtico ratione: cui deus ſnĩam regiminis cõdonauit. Po
tius debẽt humilitatis xp̄i reminiſci: qui dũ eſſet eter
ni regis filius: nõ horruit induere formã ſerui: et erat
ſubditus marie et ioſeph:nec talẽ debent in religiõe q̃
rere locũ honoris:et ſtatus:qualẽ in mũdo habuiſſent
cum ſit ſtricta:& ardua uia:que ducit ad gloriã:poti⁹
.n.cor ſuũ debẽt ſurſum habere ad cõſiderãdũ premii
magnitudinẽ:ut terrena uana nõ querãt. Si igit̃ ſic na
uis religionis regat̃:& gubernet̃ trãſibit huius ſuribũ
di mariſ procellas:& pueniet ad beate uite tranquillũ
portum:qui ſe ſic religioniſ nauigio exhibebũt. Figu.
gen.vii.ubi legimus:ꝙ in archa noe preerat uir bonuſ Fig.
& iuſtus:cui ſubdebantur tã bruta ad nutum q̃ hoĩes
ipſe nanq̃ ſic ordinauerat archã: quia homines ſuperi
us exiſtebant:poſt homines uero collocauerat anima
lia munda:poſt autem immunda: & ferocia cum man
ſuetis ſeſe compatiebantur:quantuncunq; loca nõ ha
berent ſpacioſa:que in nemoribus habere cõſueuerãt
nec erat rixa inter ea:ſed locis propriiſ contentabant̃.
Spiritualiter per archam diuerſis lignis fabricatã:&
conglutinatam bitumine:ſubaudi religiõem diuerſis
coadunatam hoĩbus: et conglutinatam glutino cha
ritatis. Noe qui interpretat̃ requieſ:prelatũ ſignificat

qui tam pro ſe:q̃ pro ſubditis eternā regem debet prin
cipali⁹ querere:hac.n.primo queſita omnia bōa addi
ciunt̄ illi:per hoīes uero ſuperius cōmorantes notant̄
uiri ſcientia:uita:& bonitate precellentes. Per anima
lia uero manſueta intelliguntur ſimplices:& paupereſ
qui de humili ſeculi paupertate ad religiōem uenerūt
per ferocia uero animalia notantur diuites:& potēteſ
qui de ſeculi magnitudine deſcenderūt. Hi igitur ſe de
bent omnes mutuo ſuſtinere: nec debet paupībuſ mo
leſtum eſſe:ſi his:qui ex moribus delicatioribus uene
runt ad monaſteria:aliud alimentorum: aut ueſtimen
torum dat̄. Nec debent diuites de ſuis diuitiis magis
ſuperbire illis in obſequio xp̄i relictis q̃ ſuperbirent:ſi
eius in ſeculo fruerent̄:ſed nota: ꝙ animalia mūda ab
aīalibus īmundis ſegregant̄:qa in religione debēt pra
ui:& diſcoli a bonis:& pacificis fr̄ibus ſeparari:debēt
.n.deici:& deprimi per debitam correptionē: ponēdo
inferius:ne ſua ɔtagiōe peſtifera plurimos ꝑdant. Igit̄
in naui religionis:ſupradictis ſeruatis:ſemꝑ oculoſ ad
portū eterne uite:quo tendimus:dirigere debemus:et
illuc ueniemus ꝓcul pulſis ꝑiculis ꝓcellaꝝ: unde gre.
in quadam omel. Qui celeſtis uite dulcedinē in quātū
poſſibilitas admittit ꝑfecte cognouerit ea:que in ter-
ris amauerat:libenter cuncta derelinq̇t:cōgregata diſ
pergit:inardeſcit in celeſtibus aīus:nil in terrenis libet
deforme conſpicit̄ quicquid de terrene rei ſpecie place
bat:qa ſola ſpecioſe margarite claritas fulget in mēte.

¶ De reſurrectione.

A VIdimus dn̄m io.penul. Lōge maior eſt le
titia:cum homo poſt multa ꝑicula: et in
ſperata:ſeu inopinata ſalute redit ſanus
in patria:q̃ ſi domi ſemp ꝑſiſteret incolu
mis:exemplū de filio ꝓdigo. Maior.n.

fuit patris cõſolatio:redeũte filio:quẽ putabat periſſe q̄ ſi ſemper apud illum mãſiſſet. Spũaliter dño noſtro ieſu xp̄o moriẽte in cruce magnus fuit diſcipulorum do lor:eo qđ gaudebãt de ſui preſentia: et illis erat dulce uiuere:& cũ illo corporaliter ↄuerſari:unde dicebat pe trus in oium diſcipulorum perſona:dñe:ad quem ibim⁹ uerba uite eterne habes:ſed maior fuit letitia: uiden tes eum reſurrexiſſe a mortuis:quia non dum confor mati a ſpiritu ſancto:nũdum plenã habebãt de ratio ne dñi fidem. qđ patet de duobus euntibus in emaus qui dicebãt:ſperabamus:ꝙ redẽpturus eſſet iſrael:ſed hec ẽ tertia dies:&c. Pretẽdebãt.n.ex uerbis ſuis:qua ſi nõ eſſe completuȝ:quod dñs illis de ſua reſurrectiõe predixerat:cum aũt ipſum uidiſſent: & cognouiſſent eum reſurrexiſſe a mortuis gauiſi ſũt:uiſo illo gaudio magno. Figu.gen.xxxix.& deinceps:ubi legimus:ꝙ Fig. poſt uenditione ioſeph:poſt captiuationẽ: & cõpedes eius:poſt patris ploratũ uidẽtis tunicã eiuſ cruentatã factus eſt dñs:& diſpenſator totius domus regis pha raonis:ad quẽ fratres ſui accedentes:ut cibum emerẽt non cognouerunt eum:ipſe uero cognoſcebat illoſ:bi bit enim:& comedit cum illis in menſa:& ſeipſum ma nifeſtauit illis:& pater eius hoc cum audiuit quaſi de graui ſomno reſurgens ait:uadam: & uidebo filium meum. Iuit ad ipſum omnis eiuſ progenies:ut fuge rent egeſtatem preſentem:& futuram: et habitauerũt in terra geſſem:demum de egypto cum auro: & argen to exeunteſ peruenerunt ad terram promiſſionis. Spi ritualiter per ioſeph:qui interpretatur augumentum: ſubaudi chriſtum:de quo dicitur in.p̄s. Auxit popu lum ſuum uehementer. Hic ergo poſt uenditiõem a di ſcipulo:poſt lacerationem: & cruentationem: ſcilicet

carnis eius:reſurgẽs a mortuis: iã amplius non moritu
rus:accepit poteſtatẽ a patre in celo:& terra:& factus
eſt diſpenſator tam diuine glorie in futuro:ꝙ gratie in
preſenti. Hunc ergo fratres ſui apoſtoli non cognoſce
bant:ſed manducãs:& bibenſ cũ illis ſe eis manifeſta
uit. Nunciatum eſt patri.ſ.humano generi in peccato
lugenti:xp̃m reſurrexiſſe a mortuis:qđ de graui ſõno
uanitatis ſurgens relinquit terram ꝓprie incredulita-
tis:& deſcendit ad enigmata fidei per humilitatem
& habitauit in geſſem:que interpretatur deſiderium:
quia recta fides facit nos deſiderare eternam patriam
quã deus ꝑ nos ab initio plantauit: demũ exeunteſ
egyptiacã obſcuritatem.i.ſpecularíã:& enigmaticã ui
ſionem cũ auro et argento.i.cum meritiſ:et uirtutibus
perueniunt ad terram ꝓmiſſionis.i.ad clarã:& lucidã
uiſionez:ubi deum uidebimus facie ad faciẽ: ſicuti eſt
Igitur in die tante letitie:qua dñs nos de inferno edu
xit:& in qua triumphãs uictoriã fecit ad ipſũ cũ fidu
cia obtinendi petita accedamus: qa nihil nobis nega
bit:cum ipſe intẽdat ſuã nobis letitiã impartiri: unde
aug.in ſermone paſce. In hac die pctõr nõ debet de in
dulgentia deſperare:ſi enim latro paradiſum meruit:
cur non mereatur ueniam xp̃ianus. Et ſi illi dñs: cum
crucifigeretur:miſertus eſt:multo magiſ huic miſerebi
tur:cũ reſurget. Nã ſi paſſionis humilitas homini hoc
preſtitit confitenti reſurrectionis gloriã: quã tribuet
depoſcenti. Largior enim ſolet eſſe ad preſtandum le-
ta uictoria:ꝙ addita captiuitas.

B Refloruit caro mea.p̃s.xxvii. Mirabilia ſũt
opera nature:florent.n.arbores:germinãt
& fructificant:& matureſcũt fructuſ eaꝝ
& maturi colligunt:et poſt modũ determi
nato tpe:đpoſitis foliis:uiderẽ arboreſ aru

iſſe

iſſe:ſed redeũte uere iteꝝ reflorent: & reiterãt ſupradi
cta:hec.n.oĩa experientia intuemur: licet motũ natu
re in talibus occulte operantibus minime uideamus.
Spũaliter quod dictũ eſt de arboribus:per quandã ſi
militudinem intelligendũ eſt d' hoibus: uidemus.n.
hmõi in rationabilibus arboribus euenire hec oia:flo
rent.n.in pueritia: fructificant in iuuentute: mature
ſcunt in ſenectute:& colliguntur & depoſitis uiribuſ
humanis areſcunt per mortem: uerumtñ aduenient
uniuerſali reſurrectionis uere:iteꝝ reſurgẽt. iob.xiiii.
Lignũ habet ſpẽ:&c. Nec eſt illud diuine potentie im
poſſibile:nulla eſt in mundo natio ſane mentis etiam
nõ credenti euãgelio:cui ambiguum ſit:dñm aliquoſ
ante chriſti aduentum reſuſcitaſſe:dico credentibꝰ an
tique ſcripture. Si ergo deuſ tunc potuit aliquem reſu
ſcitare:eodem modo poterit & oẽs reſuſcitare:cũ uo-
let:qa non eſt plus reſuſcitare oẽs apud deũ ꝙ unũ: nõ
plus creare totũ mundũ ꝙ unum paruũ lapidem: apd'
diuinam potentiã. Inducet ergo deus priſtinũ uirorẽ
aridũ corporibus ſimul cũ decore ĩmortalitatis: & flo
rebunt de regionibus:ſicut fenum terre cũ integritate
folioꝝ:& fructuũ:qa in etate perfecta cum formoſita
te membroꝝ. Figu.numeri.xvi.ubi de.xiii.uirgis ſo- Fig.
la uirga aaron nocte una floruit:et foliis dilatatis pro
duxit amigdalas. Spũaliter per uirgam aaron ſubau
di nauram humanã:cui ſoli ɔpetit reſurrectio. Et no.
ꝙ ſunt.xiii.genera creaturaꝝ uiuentium in uniuerſo.
Primo ſunt.ix.ordines angeloꝝ uiuentium uita intel
lectiua:poſt quos genus humanum uiuens uita ratio
nabili et ſenſitiua:ac etiã uegetatiua:poſt qđ ſunt ani
malia perfecta:ut beſtie uiuentes uita uegetatiua:ſen
ſitiua:ac etiam motiua:poſtmodũ ſunt animalia imp
fecta motu progreſſiuo carentia: & ultimo ſunt plãte

ſola uita uegetatiua uiuentes. Nulli ergo harꝝ creatu
raꝝ cōpetit rſurrectio:preterq̄ hoi ꝓpter filiū dei:q fa
ctus eſt hō:& reſurrexit a mortuis:nā & nulla floruit
uirga:niſi que fuit aaron:quē elegit dn̄s ſacerdotē ſi-
bi:florebit igiť caro noſtra poſt reſurrectionē diuina:
operante potentia:ut ſatis rationabiliter uiſū eſt: un̄
gre.xiiii.mor.pulchre hoc ꝓbans ait. Sūt nōnulli cō
ſiderantes:qđ ſpūs a carne ſoluiť:caro in putredinem
uertiť:ꝙ putredo in puluerem redigiť:ꝙ puluis in ele-
mētis ſoluiť: ut nequaq̄ ab hōanis uideať reſurrectio
nem fieri poſſe denegant: & dū arida oſſa reſpiciunt:
hec ueſtiri carnibus rurſum uirideſceř quo ad uitā poſ
ſe diffidunt:q ſi rōnis fidem ex obedientia nō tenent:
certe hoc tenere ex rōne debuerant:qd.n.quotidie ni
ſi reſurrectionem nr̄am in uirgultis ſuis mundus imi-
tať.Nā per momenta cernimus arbuſta uiriditatē fo-
lioꝝ amittere: a fructuuꝫ pululatione poſt largitionē
ceſſare.Et ecce ſubito q̄ſi ex areſcenti ligno uelut qua
dam ratione ueniente uidemus folia erumpere:fruct⁹
grandeſcere:& totam arborem uiuo decore ueſtiri.

C Cuſtodit dn̄s oīa oſſa eoꝝ.ps.xxxiii. Pru-
dens artifex conſueuit ſeruare materiā uaſo
rū fractoꝝ uſqꝫ ad tps:ut iterato reficiat ua
ſa illa: dū tm̄ uaſa ex illa materia refici poſ-
ſint:hoc.n.agere uidem⁹ fabros aurifices:& alios me
tallarios.Spūaliter xp̄s dei filius ſūmus artifex:quod
patet ex oi fabrica:quā operatus eſt: nā oīa per ipſum
facta ſunt:& uidit deus cūcta:que fecerat:& erāt ual
de bona.geneſ.i.un̄ ſap.vii.Oium.n.eſt artifex:oēm
habens uirtutē:oīa ꝓſpiciens:artifex igiť iſte tā ſapiēs
uaſa ſua perire nō permittet:q̄q̄ ſint confracta: qa ho
mines:quos fecit uaſa honoris:ſue gl'ie capaces:et ſue
diuinitatis cōnſortes:non patieť oio perire:ſed fractu

ras.ſ.corpus:et aiam reſeruans tpe debito reficiet con iungens illas ſimul in die.ſ.iudicii:ſiue reſurrectionis ſic.n.compaginabit:& ɔiunget membra membris:& partes toti:ꝙ nil remanebit enorme. Fig.eze.xxxvii. Fig. ubi dn̄s per quandā ſimilitudinē uirtutē reſurrectiōis oſtendit. Ductus eſt igit̄ ꝓpheta in campo magno ple no humanis oſſibus:qui ex precepto ait oſſibus: oſſa arida:audite uerbum dn̄i:&c.& ſequit̄. Et acceſſerūt oſſa ad oſſa unum qdꝗ ad iuncturaꝫ: & uidi:& ecce ſuper ea nerui:& carnes aſcenderunt: et extenſa eſt in eis cutis:& ſpūm non habebāt. Et dicit dn̄s ad me ua ticinare fili hoīs:& dices ad ſpūm: A quattuor uentiſ ueni ſpiritus:& ſuffla ſup mortuos iſtos: et reuiuiſcāt et prophetaui ſicut preceperat mihi. Et reuixerunt:ſte teruntꝗ ſuper pedes ſuos exercitus nimis grandis ual de. Spiritualiter hec uiſio ſatis aperte indicat reſurre ctionem mortuoꝝ:ut per oſſa: que propheta uidit in campo:intelligant̄ cōtra oīa humana corpora:que tu mulata manēt in uniuerſo mūdo ſuis ſpiritibus denu data. Cum uero uenerit dies illa: ī qua filius hominis cui datum eſt iudiciū facere:ſuā docebit potentiā:tūc qui in monumētis ſunt:audient uocē eius. Et tūc ter ra:mare:& infernus dabūt mortuos ſuos a quattuor uentis terre.ſ.ab oriēte:illos uidelicet:q circa ortū: et infantes mortui ſunt:a meridie.ſ.qui iuuentute deceſ ſerunt. Ab aquilone.i.qui uſꝗ in ſenectute uixere: & ab occidente.i.qui ad decrepitam etatem peruenīeteſ defecerunt:et ſic reſurgent mortui:puſilli et magni ſta bunt ante tronū iudicis:ut cum ſuis corporibus unuſ quiſꝗ accipiat mercedem iuxta ſuum laborem:& di uina iuſtitia ocioſa nō dormiet ſup hiſ: qui paſſi ſunt inocenter:& non acceperunt mercedē:unde damaſce. li.iiii. Si inquit reſurrectio non eſt:deus nō eſt:nec pro

uidentia eſt: tunc caſu oia ſeruantur: e: agunt: uidem⁹
enim plurimos iuſtos eſurientes: & iniuriaȝ patientes
pcõres aũt: & i iuſtos diuitiis: & oi uoluptate bñ abũ
dãtes. Sed qs unq̃ hoc iuſti iudicii: uel ſapientis proui
dentie opus bene ſentiens ſuſpicabitur: erit ergo reſur
rectio: iuſtus enim dñs: & his qui confidunt in eum
mercedis retributor erit. hec da.

D Q Vis dabit mihi pẽnas ſicut columbe: & uo.
& re. p̃s. liiii. Colũba ſua iduſtria cognoſcit
aeris turbinẽ pxime futurã: unde relicto a
gro fugit ad alta mõtiũ: & ſaluat ſe in petra
quouſq; redeat tranqlitas: & tunc trãſacto turbine ſe
cura redit ad agrũ. Spũaliter colũba denotat animaȝ
ſancti uiri ppter ſimplicitatẽ ſanctã: & bonoꝝ operũ
fecũditatẽ. Cognoſcit. n. ſe pẽitus a corpore ſeparãdã
p mortem hũanam: iõ ut fugiat turbinem: & picula
mortis: alis amoris: & timoris dei uolat ad alta ↄtem
plationis celeſtiũ: quibus coadiuta nõ tiet mortẽ hu
manã: qa ſe ſpat ſemp melius accepturã: ſtat ergo in
foramine petre: ideſt cũ xp̃o ſeparata a corpore in celis
reditura tñ terminato turbine uite pñtis ad corpus
Fig. qd' reinduet ĩmortale. Figu. geñ. viii. ubi legimus: ꝙ
colũba emiſſa ab archa. viii. die reuerſa eſt cum ramo
oliue uirentis. Spiritualiter ania ſancta egreſſa de ar
cha. i. de uita mortali p diſſolutiõem corporis eius re
dibit in die reſurrectionis uniuerſalis cuȝ carne ſua ui
rore ĩmortalitatis induta: unde ſeñ epl'a. xxxvi. Deſi
nunt inquit iſta: non pereunt: & mori pertimeſcimus
& recuſamus: mors interimit uitam: nõ eripit. Veniet
inqt iteꝝ: q in hac luce nos repõet dies equo aio d'bes
rediturus exire: obſerua orbẽ reꝝ in ſe remeãtiũ: eſtas
abiit: ſed alter annus adduxit: hyems cecidit: referent
illã ſui mẽſes: ſolẽ nox obruit: illã dies ſtatim abigit.

Ipſi

IPſi uidentes ſic admirati ſunt. con. ſunt. E
t.a.eos:pſalm⁊.xlyiii.hoies putantes cōclu
ſiſſe hoſtē ſuū:& letantes d' uictoria:ſubito
deuicti:& delitiis ſtupore replēt: & tremore
deficiūt:& eſt rō:qa mutatiōis ſubite ab extrēo ad ex
tremum nulla pōt eſſe preuiſio:nec adhiberi cōtra le
ſionē cautela. Spūaliter tpe paſſionis xp̄i putauerunt
iudei ſe xp̄m cōcluſiſſe:& penitus oēs uirtutes eius ex
tinxiſſe:uidentes eum:ut uerū hominem pati:& mo
ri in cruce:iccirco corpus eius poſuerunt ī monumēto
adhibita ad illd' militū diligenti cuſtodia:ut poſt ter
tiā diem inuēto in ſepulchro corpore ꝓbarent chriſtū
nō predicaſſe ueꝝ de ſua reſurrectione. Sed cum hec
iudei crederēt:& uoce ac corde affirmarent:& cuſto⁊
diētes ſepulchrū circundaſſent:xp̄m detinere putātes
ipſi illuſi ſunt:qa dn̄s fortis:& potēs cōfractis portis
ereis:& ianuis mortis deſtructis:exiuit de ſepulchro:
& deſcendit angelus dn̄i:ut fulgur d' celo:& adeo ta
befecit cuſtodes:ut fierēt uelut mortui. Q d' audiētes
principes iudeoꝝ turbati ſunt:& repleti ſunt ſtupore
& extaſi. Figu.iud.xyi.ubi legimus: ꝙ fortis ſanſon Fig.
adamauit mulierē meretricem:que erat in gaza:& cū
ingreſſus fuiſſꝫ ad eam:philiſtii circūdederunt domū
& poſuerunt cuſtodes:ut mane facto occiderēt illum.
Dormiuit igiť ſanſon uſq; ad noctis medium:& inde
cōſurgēs apphendit ambas porte fores cū poſtib⁊ ſuiſ
& ſerra impoſita:q̄ in hūeris ſuis portauit ad uerticeꝫ
montis. Spūaliter ſanſon:quē angel⁊ naſcituꝝ nūcia
uit xp̄m denotat:quem nunciauit gabriel: hic igitur A
dānauit mulierē meretricē:ꝑ quā ſubaudi humanam
naturā: d' qua ſcriptū eſt hier.iii. Tu aūt fornicata es
cū amatoribus tuis: tn̄ reuertere ad me dicit dn̄s: in
trauit igiť in gazā: que interpretať diuidens eū:quia

christus in hāc uitā deſcēdens manens idem diuiſus ē in multa: ut nos deo uniret: q̄a ſe naſcens dedit ſociū conueſcēs in eduliū: ſe moriēs in precium: ſe regnans dat in premium: igit tempore paſſionis dñ obdormiſſet p morte: philiſtei.i.phariſei fecerūt circundari domū.i.ſepulchꝝ mūiri: & cuſtodiri putātes: ut dcm̄ eſt corā mūdo xp̄z extiguere: & ipſi⁹ dēigrare ūtutes: ſꝫ poſt mediā noctē ꝯſurgēs morſa morte: & uia patefactauite aſcēdit in mōtē: i quo bn̄pla citū eſt ei habitare cū ſanctis ſuis: & hoc fuit in die aſcēſiōis eiuſdē qn̄ aſcēdēs i altū captiuāꝫ duxit captiuitatē: et ſic fuerūt phariſei deluſi: quia uū crediderāt dōminicam extiguere: & occultare reſurrectionis uirtutē: illi ipſius penit⁹ uirtutem approbauerunt: unde augu. in quodam ſermone reſurrectionis. Nam ut taceam prophetarū oracula: angelorum miniſteria: aperta ſepulchri penetralia: ipſum dn̄m poſt orōnem cum diſcipulis loquentē conuerſantem: edentem: thomā quoq; clauorū uulnera etiā digito cōtractantem: ut hec oīa pretermittam tn̄ nr̄am confirmat fidē īpietas iudeorū: nā ſufficit ad crudelitatē nobis eoꝝ nimiū cauta crudelitas quo. n. diligentius cuſtodierunt tumulū: eo cōſtat illū manifeſtius reſurrexiſſe: quo plures teſtium relinqueret. Nā hoc ꝓcurauit diuina ꝓuidentia orōnis dominice non ſolū angeli: nō ſolū diſcipuli: ſed & teſtimoniū ꝑhiberent: quod amplius eſt inimici.

¶ De ſacerdotibus.

A OFferetis nouū ſacrificiū dn̄o: leui. xxiii. Si qſ ſeruus preſentaret alicui magno principi munus ſordidum: et imundum: unde ſperabat premium: forte reciperet detrimentum: conſueuit. n. liberalis dominus bn̄ ſibi bōa donātibus redonare

donare. Spũaliter ſi miniſter dei: ſcilicet ſacerdos: qui debꝫ deo offerre aĩas mundas fidelium ab omni ſor de peccati preuentus pigritia: & inertia: deo animas imundas: & ſordibus plenas uerbo: & exẽplo nõ purgabit: deo nõ erit acceptus: nec in celo mercedẽ accipiet. Si autẽ inſtanter laborabit moribus: et doctrĩa ducere peccatores per pniãꝫ ad ſtatũ gr̃e: liberalis ꝑnceps xp̃s etiã regnũ qđ penitens obtinebit: illi etiam feliciter impartieẽ. Fig. leui. vii. ubi legimus: ꝙ cũ ſacerdotibus portabaẽ a populo ſacrificiũ ꝓpitiationis: ipſi ſacerdotes portionẽ ſacrificii pro ipſoꝝ uita r̃cipiebãt Et notãdum: ꝙ ſacrificium propitiationis erat illud: nam cum peccauerat homo: portabat aliquod anial ſacerdoti: ſecundum quodmelius poterat iuxta facultatem ſuam: & ſacerdos offerebat illud deo pro peccatis illius: ut deus illi propitiareẽ: ueruntamẽ retinebat ſibi ſacerdos portionẽ ſacrificii ꝑ uita: & in hoc cõſiſtebat totũ ſtipẽdiũ ſacerdotis. Spũalr̃ officiũ ſacerdotũ xp̃i eſt deo recõciliare pcõres orõnibus: iſtructionib⁹ exemplis: & doctrinis: & illos reddere deo r̃nouatos et mũdos ꝑ pniam: et in hoc cõſiſtit eorũ premiũ: ut dictũ eſt: nã ſi ex hoc non accipiãt coram deo ſtipendiuꝫ & mercedẽ: ſciant ſe fame perire: uel perituros in eternum: nam peccatorũ repropitiatio eſt tota ſacerdotis merces: & remuneratio. Vnde origenes ſuper leuit. ſi aſſumpſeris peccatorem: & monendo: docendo: orando: inſtruendo adduxeris eum ad penitentiam: ab erroribus correxeris: a uitiis emendaueris: & effeceris eum talem; ut eo conuerſo propitius fiat deus: pro dlicto propiciaſſe diceris. Si ergo talis fueris ſacerdos & talis fuerit doctrĩa tua: & ſermo tuus: pars tibi datur eoꝝ: quos correxeris: ut illoꝝ merituꝫ tua merces ſit: & illoꝝ ſalus tua ſit gl̃ia corã deo: & ſubdit ibidẽ

Sacerd. offic.

Fig.

applic.

Intelligant ſacerdotes dñi: ubi eſt eis data portio: &
in hoc uocent: atq; in his operam dent: nõ ſe inanibus
& ſuperfluis actibus implicent: ſed ſciant: ſe in nullo
alio partem habituros apud deũ: niſi in eo: ꝙ offerũt
pro peccatis.i.ꝙ a uia mala auerterint peccatores.

B Amice cõmoda mihi tres panes.luc.xi. Quia
continue fit conſumptio humidi radicalis ꝑ
actionem caloriſ naturaliſ in humano corpe
ideo homo quottidiano cibo dicit̃ indigere.
Spiritualiter qa in aĩa nr̃a fit continua obliuio man
datoꝝ dei: & eloquiorũ eius per cecitatem: & graue⸗
dinem carnis: idcirco indigemus cõtinua refectione ci
bi ſpũalis.i.uerboꝝ ſacre ſcripture: quã quidem para
tam debet hr̃e ſacerdos dñi. Cuius officiũ ẽ huius pa
nem eſurientibus dare: quia ipſi per reuelationem di
uini eloquii a deo debent accepiſſe quod ipſi aliis lar⸗
giantur: uñ dñs: uos dixi amicos: qa oĩa que didici a
Fig. patre meo: nota feci uobis. Fig. nume. vi. ubi legimus
ꝙ nazarei inter alia tenebantur in caniſtro offerre pa⸗
nem: & ſ̃m litteram orige. dr̃: ꝙ ipſi habebãt caniſtrũ
applicatio. ſanctum: in quo tres panes oblaturi ponebant̃. Spũa
liter per nazareos: qui erant ſingulares in ſanctitate:
notantur dñi ſacerdotes: qui debent alios uita: et mo
ribus excellere: de qbus ſcriptum eſt: candidi facti ſũt
nazarei eius.&c. Hi.n. paratũ caniſtrũ cum trib⁹ pa⸗
nibus hr̃e debent: qa ſacrã ſcripturã cum tribus expo
ſitionibus.ſ.lr̃ali: allegorica: & morali ſcir̃ debent: ut
cum ppl̃s eſuriens hunc poſtulat panem: nõ dormiant
in grabato pigritie: ſed cum tp̃s eſt miniſtrandi: largiã
tur oĩbus abundãter: noſcat.n. ſacerdos dñi ſibi eẽ ꝓ
ceptum iſay.lviii. frange eſurienti panem tuũ. Qui ſi
hoc neglexerit: ĩproperabit̃ ei: quod in tre.iere.iiii.c.

legitur paruuli petierunt panem: & non erat q̃ frãgret eis. Ideo hiero. ſup ageuȝ prophetã ꝓbans hẽ eſſe offiñ ſacerdotũ ſic ait. Cõſidera inquit ſacerdotũ eſſe offi-ciũ de lege interrogãtibꝰ rñdere: ſi ſacerdos eſt: ſciat le gẽ dñi: ſi ignorat legẽ dñi: ipſe arguit nõ eẽ ſacerdotẽ.

Facies aaro ueſtẽ ſc̃tãȝ i gl̃aȝ: & dcorẽ: ut mi hi fungat̃ ſacerdotio. exod: xxviii. Fulgens ueſtibus precioſis ſi mũdas illas ꝯſeruat: ab oĩbus honorat̃: & recipit̃ in domibus princi pum ſine prohibitione. Spũaliter ſacerdoſ dei ueſtibꝰ precioſis ueſtiri dȝ: moribus. ſ. & ſc̃ia coruſcantibus: quas ſi mundas ſeruet: honorifice recipiet̃ in atrio an geloꝝ corã principe celi: ſed lugubri ueſte induto pro hibebit̃ ingreſſus: & expellet̃ inde confuſus. mat. xxii Amice qũo huc intraſti nõ hñs ueſtẽ nuptialẽ: & ſeq̃t̃ ligatis manibus & pedibus ꝓicite. &c. debet ergo uo lens atrium dei intrare cãdida ueſte ornari. Fig. exo. xxviii. ubi legimus: ꝙ magnus ſacerdos induebat̃ biſ ſo uſq; ad pedes. Habebat i capite laminã aureã: in pe ctore ſuo habebat pectorale: qđ erat ex. xii. lapidibꝰ p̃cioſis ex q̃ttuor ptibus diſtinctum. Sed pãnus ſuper quo habebat lapides illi erat duplex: ut fortior eſſet. Et habebat hũerale biptitũ et ſemel tãtũ in ãno intra bat in ſancta ſanctoꝝ: ubi appebat iterdũ dñs. Spũa liter per byſſum: que dicit̃ eſſe alba: & candida: ſub-audi puritatem: & mundiciã carnis: qua dȝ pollere ſa cerdos uſq; ad finẽ uite ſue: attingebat. n. hec ueſtis uſ ad pedes: q̃a caſtitatem ſp debet ſeruare: alioquin ui-dere nõ poſſet dñm: nec digne ſumere ſacramentũ illi us: uñ aug. ſuper iſto uerbo mat. viii. Beati mũdo cor de: ſic dicit: mundus dñs non niſi a mundo corde uiđ ri poterit: debet in fronte portare laminã auream: per quam ſubaudi debitam uerecũdiam: & erubeſcentiã

C

Fig.

ayyke.

que dr̄ ↄſeruatrix honeſtatis:et pudicitie. Debet hr̄e pectorale in pectore.&c.qa ſciam ſacre ſcripture:q̄ cō ſiſtit in.xii.prophetis diſtinctus p quattuor euangelia Pannus uero ſuſtentans debet eſſe duplex:ne frangat̄ qa qui predicat:debet opere cōplere:qd̄ dicit: ne eius predicatio cōtemnat̄. Debet hr̄e humerale bipartitū: qa opera ſacerdotū:qbus ſuppoſuit humeros:debent in duo diuidi.ſ.in cōtemplationis requiem: & predica⸗tionis laborē:ſemel tantū intrabat ſancta ſanctorum qa ſemel.ſ.in fine uite ſue intrabit in regnū celoꝝ:ind̄ nunq̄ receſſurus:ubi illi deus apparebit facie ad faciē: & ſic apparet: quā magna ſit dignitas ſacerdotis dei: ſi ſeruet ſe a uitiis mundū & immaculatū:uñ criſo.de dignitate ſacerdotali lib.iii. Sacerdotii inqt dignita⸗tem aſpice:agit in terra:ſed officium celeſtibus negoci is ↄtinetur. Nō.n.hō:non angelus:non archangelus non aliqua creatura:non uirtus: ſed ipſe ſpiritus ſan⸗ctus hoc mun⁹ inſtituit: atq3 ad hoc manentes in car ne miniſterio prediti fungi angelorum.

¶ De ſacra ſcriptura.

VXor tua ſicut uitis abūdans.p̄s.cxxvii. Antiqtus cōſueuerunt hoīes hr̄e plures uxores licite:uerū eſt: ꝙ illa erat maior: que plures habebat de uiro ſuo liberos ut patet.i.reg.i.de elchana. Spūaliter li citum eſt fidelibus plures adiſcere ſcientias: dūmodo ſacra ſcriptura:que eſt apud nos fecundior ſit: ceteris honorabilior:& maior oībus:nā pricipalis uxor erat eiuſdē ſtirpiſ cū uiro uľ ſaltē eiuſdē ppľi. Sacra.n.ſcrip tura eſt eiuſdē ſtirpis cū fidelib⁹ xp̄ianis:qa diuinitus inſpirata:cetere uero hūanitus adinuēte. Idcirco ſi cū hac ſpōſa tā nobili ꝓgenie orta nos contigat hūanas ſtudere ſcias:illas d̄bemus illi ſuppōere: & apd̄ ipſius

obſequium

obſequiū ordiare. Fig. deut. xxi. Vbi legimus: q̄ cuꝫ Fig.
filii iſrael accipiebant uxores alienigenas: tres cōditio
nes obſeruarĩ tenebant̃: qa primo mulier iſta mutabat
ueſtimenta: ſecundo amputabant̃ eius ceſaree: & ter-
tio illi amputabant̃ ungule: ſeruatis iſtis ꝯditionibus
poterant illas accipere: nō aliter. Spiritualiter filii iſrł
ſunt fideles chriſti & precipue clerici: & religioſi: hoꝝ
igitur principalis uxor ſacra ſcriptura eſt: hanc. n. pre
cipue debent colere: & honorare. Si aūt contingat ip
ſos alias ſtudere ſcias: debent ſupradictas tres ꝯditio
nes pēituſ obſeruare. Primo nanq; debent illi habitū
mutare: habitus. n. ſcientiaꝝ: ut plurimū eſt ſuperbia
iuxta quod ait apſs. Scientia inflat: d'bet ergo ſanctꝰ
deponere ſupbiā: & elationem: & ſibi aſſumere humi
litatis habituꝫ: iuxta doctrinā chriſti: qui ait mat. xi.
diſcite a me: qa mitis ſum. &. h. c. Scd'o d̄bet capillos
tondere: capilli uero non ſunt uera corpis ſubſtantia:
qa deciſi nō dolet corpus: ſubaudi per capillos ſupflu
os errores in qbuſdam ſcientiis cōtentos: hos penitus
reſecare debemus: cum nullatenus ſint de ſubſtantia
ſcientie: ſed deciſis remāet ſcīa uiua: & uera. Tertio d̄
bent incidi ungule rapacitatis: & auaritie: qa polens
ſcientia nō debꝫ illam uendere: ſed gratis donare: alio
quin nō ſeruaret ritū filioꝝ iſrael. i. filioꝝ xp̄i: & preci
pue perfectoꝝ religioſoꝝ: qbus dicitur in eodē euāg.
c. x. Quod gratis accepiſtis gratis date. His igiẽ cōdi
tōibus obſeruatis: d̄bet fideles ſcīas hūanitꝰ iuentas
adipiſci: & illas ſacre theologie ſubdere tāq̄ ſpōſe no-
biliori. Sꝫ ꝓh dolor: q̄plures faciūt ecōuerſo: qa ſacrā
ſcripturā inhonorantes trahūt in obſeqū phīe: faciūt
ancillā dn̄am: & de dn̄a ancillā: un̄ iſid. de ſūmo bo.
Quid ꝓdeſt inqt in mūdanis ꝓficere doctrinis: & ca-
neſcerẽ i diuinis. caduca ſeq figmēta: & celeſtia faſtidirẽ

myſteria. Cauendi igĩt ſunt tales libri: & ꝓpter amo-
rem ſanctaꝝ ſcripturaꝝ euitandi: qui exteriuſ eloquẽ
tia uerboꝝ uigent: & interius uacui ſapiẽtia manent.
Eloquia aũt ſacra exterius incompta uerbis apparent
B interius autem myſterioꝝ ſapientia fulgent.

AQua ſapiẽtie ſalutaris potabit illũ: eccli. xv.
in ciuitate: in qua eſt aque penuria: cõſueue
runt putei claudi: & cuſtodiri: ut hora deter
minata quilibet accipiat portionem. Spũali
ter aqua denotat ſacrã ſcripturã: de qua ante xpi ad-
uentũ tanta fuit penuria: ut gentes ex ſiti uiderentur
eſtuare. ps. xlii. ſitiuit aĩa mea ad deũ fontẽ uiuũ: &c.
Cooperta erat quantũ ad uerũ ſenſum: ſed aduenien
te xpo eleuatũ ẽ ſacre ſcripture uelamẽ et patefacta eſt
Fig. aqua: ut oẽs ex iſta biberẽt abundãter. Fig. ge. xxxix.
ubi legimus: ꝙ erat puteus in aram: in agro cuius os
aptum erat grandi lapide. Et iuxta puteũ tres greges
accubabãt: ad quẽ puteũ uenit iacob: qui cũ uidiſſet
uenientem rachel cũ grege ſuo: remouit lapidẽ: q erat
ſuper os putei: et adaquauit gregẽ eius. Spi. ſacra ſcri
ptura pp ſui altitudinẽ cõparat̃ puteo: unde ber. de ip
ſa loquẽs ait: puteus alius eſt: & uñ hauriã nõ eſt mihi
Erat. n. puteꝰ iſte in araꝫ: q interpretat̃ regio excelſa:
qm̃ ſacra ſcriptura erat alta pp occultatiõem ſacroꝝ:
ipſa erat tumẽs: & grauida xpo: et ſuper os putei gran
dis lapis opienſ aquã: qa textꝰ litteralis opiens myſte
ria. Erant iuxta puteũ tres greges: qa tres mũdi natio
nes hebraica. ſ. greca: & latina: uenit iacob ad puteũ:
qñ xps carnẽ aſſumpſit: ueniẽte rachele cum grege ſuo
iacob diſcoperuit puteũ. No. ꝙ rachel uxor fuit iacob
per rachelem ſubaudi eccliam: qua aduenĩete cũ pplo
ſuo uelamẽ ſacre ſcripture eleuatũ eſt: & xpi myſteria
mãifeſtata ſunt: & fideliũ pplis aperta: que latebãt in

tueri pñt pertinētia. Nā ibi reficimur moꝝ honeſtate: ibi ītuemur celeſtis uite bonitatē: uel dignitatē: ibi pauemus eterni ſupplicii acerbitatē: gre ome. vi. ſup eze. ſcriptura ſacra ſuā oſtendit ſtaturā in edificatiōe moꝝ oſtendit altitudinē in ꝓmiſſione premioꝝ: oſtēdit horribilem aſpectum terroribus ſuppliciorꝝ. Recta. n. eſt in preceptis: alta in promiſſis: terribilis in minis.

Non bibem? aquā de puteis tuis: numeri. xx. C
Magna eſt neqtia illoꝝ: qui fontes: uel puteos cōes pegrinis inficiūt: uel deturpant: qa ſitientes dum illuc pgunt: putātes refocilari: aquā nō inueniūt. Spūaliter ſacra ſcriptura eſt puteus et fons uiuus de paradiſo deſcendēs: qui cōis eſt oībuſ uolentibus ex ea bibere. Nam ſic ordinata eſt a deo: ut omnibus gratis detur: iſay. lv. omnes ſitientes uenite ad aquas: & dñs ait diſcipulis loqns de ſacra ſcriptura: qđ gratis accepiſtis gratis date. Peſſimi igiť fuerunt phariſei: & ſcribe inficiētes aquā iſtā. ſ. ſacrā ſcripturā: & ꝓhibentes ſenſum eius ſpūalē ab infidelib? hauriri. Fig. ge. xxvi. ubi legimus: ꝙ philiſtei repleuerāt puteos terra: quos foderāt filii abraā: & cum iſaac Fig. filiuſ abrahe uellet eos fodere: ut iteꝝ emanaret aqua murmurabāt philiſtei dicentes cōtra iſaac: aquā illoꝝ eē. Iſaac āt uiſa illoꝝ malitia locū illū appellauit dilatationem: eo ꝙ tūc dilataſſet eū dñs ſup terrā. Spūaľr pueri abrae fuerūt ꝓphete ſancti: qui ex precepto ipſius abrae. i. dei ſcripſerūt multos libros: ex qbus ſcaturiebat aqua uite. ſ. doctrina: et ꝓphetia humane ſalutis. Sed peſſimi phariſei hos puteoſ repleuerūt terra. i. terrena cupiditate: qñ ſubuertebāt diuina mādata in terrenā auaritiā: ut patet de inhonoratiōe parentum: prout eis dominus improperat in euangelio. Volebat igitur iſaac puteos iſtos fodere: et terram: & inde proi

tere quando chriſtus aduentum ſuum ſalutiferum uo
lebat oſtendere in ſacra ſcriptura contentum: ut gẽtes
terrena credendo deſpicerent: & celeſtia appeterent: &
iſta obtinerent. Sed murmurabant phariſei di. noſtra
eſt aqua: nob inqunt p man⁹ moyſi lex data eſt. Et ex
nobis fuerunt prophete: nos ſumus abrae filii: & cete
ra talia: nec pmittebãt huiuſmodi puteos fodi: et in
de produci ueritatis doctrinam. Quod chriſtus uidẽs
locum illum appellauit iniquitates cum dicebat: luc.
xi. Veh uobis ſcribe: & phariſei: qui accepiſtis claues
ſapientie: nec ipſi introiſtis: nec alios introire permi-
ſiſtis. Tunc iſaac alios fodit puteos: in quibus per
alios meatus reduxit aquam primorum parentum:
quando chriſtus euangelium produxit: in quo expo-
ſuit: atq; oſtendit ueteris teſtamenti ſcripturam: et no
men huius putei eſt latitudo: quia per euãgelium chri
ſti fides dilatatá eſt ſuper terrã. Tanta enim fuit euan
gelice doctrine ſuauitas: atq; dulcedo: & tam magnã
guſtantibus bonitatis copiam tribuit: ut omnes ab
ea inueniantur refici: magni: & parui: iuſti: & peccato
res: unde criſoſto. ſuper illo: uenite ad nuptias: quoni-
am parata ſunt omnia: ſic dicit: loquens de ſacra ſcri-
ptura. Ignorans inquit inuenit quid diſcat cõtumax
quid timeat laborans: cur ſperet puſillanimis medi-
ocris iuſtitie cibos: qui & ſi pinguem non faciunt: ta-
men mori animam non permittunt. Qui autem ma-
gni animi eſt: inuenit ſpirituales eſcas: que ducunt eu
quippe ad angelorum naturã. Qui nõ eſt a diabolo uul-
neratus: inuenit per pnĩe medicinã ſalutẽ.

D FVi in ſpiritu in dominica die: & audiui poſt
me uocem magnam: apocali. primo. Domi
nica dies dicitur iſta: que ſequitur immedia

te poſt ſabbatū: et ꝑ tanto dicitur dominica: quia q̄ſi dies domini: eo ꝙ dominus in illa fecit: reſurgēdo noſtre glorificationis opus. In hanc igitur diem terminā tur opera ſabbati: et a iudeis ſabbatizantibus excluſa eſt ſacrarum uera expoſitio. Figura. exo. xvi. ubi manna datum eſt filiis iſrael in dominica die: & uſq; ad feriam ſextam in die ſabbati nil penitus eis datum eſt. Spiritualiter per manna omnem ſaporem continēs ſubaudi ſacrarum ſcripturarum intellectum continentem omnes ſpirituales dulcedines. Hec enim eſt fideli buſ obſeruantibus dies reſurrectionis dominice uſq; in finem mundi: uſq; ad illam ſextam feriam: in qua chriſtus uenerit mundum iudicare: et nihilominus excluſus: atq; remotus eſt a perfidis iudeis ſabbatizantibus: & in umbra tantum morantibus: ſeu figura: et non attendentibus ad dulcorē huius ſuauiſſimi cibi qui ſua pinguedine omne deſiderium: et omnē appetitū reficit: hiero. ſuper epiſto. ad epheſi. Pinguiſſimuſ inquit ſermo diuinus eſt: omnes habet in ſe diuitias: quicquid uolueriſ ex ſermone diuino naſcitur: ſicut tradunt iudei: quoniam manna quando comedebant ſ̄m uolūtatē uniuſcuiuſq; ſic ſapiebat in ore. Et nihilominus: q̄a iudei ſpūale māna ſacre ſcripture. i. ſpūalē ſenſum abominati ſunt: ſicut abominabantur manna illud datum celitus di. nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto leuiſſimo. Sic deo iuſte iudicante uero ſacre ſcripture ſenſu ſunt priuati: & iſte datus eſt fidelibuſ prout dominuſ promiſerat matthe. xxi. di. Auferetur a uobis regnum dei: & dabitur aliis: : & hic ſubaudi ſacram ſcripturam per regnum dei intelligi: quia ſacra ſcriptura eſt uia ducens ad primam ueritatem: & ducens ad ultimam felicitatem: unde criſoſto. ſuper p̄s. In ſacra ſcriptura quicquid docetur: ueritas: quic

Fig.

quid precipitur: bonitas: quicquid promittitur: felici-
tas. Nam deus ueritas eſt ſine fallacia: bonitas ſine ma
licia: felicitas ſine miſeria.

Sic currite: ut comprehendatis: prime ad cor.
ix. Nota: q duobus currētibus ad unum ter
E minum per ſpatium aliqualis uie: duo obſer
uanda ſunt: primo: ut curſu cōtinuo pergat
ad terminum: qui uult brauiū obtinere: nam modica
mora interpolata multū remaneret retro. Secundo de
bet aduertere dum appropinquat ad terminum: ut in
genioſe accedat ad locum: ubi eſt brauium: aliogn poſ
ſet labor eius caſſus eſſe: melius eſt interdum ingeniū
q̄ uis. Spūaliter nos omnes fideles in ſtadio currimus
p ſpatiū uite preſentis: ut cōprehendamus brauiū eter
ne beatitudinis: ſed notādū qđ currimus duplici greſ
ſu. ſ. fide: & intellectu: et licet per intellectū citius cur
ramus: nihilominꝰ oportet in hoc curſu fidez p̄cedere
neceſſario intellectū: unde ſcriptū eſt: niſi credideritis:
Fig. nō intelligetis. Fig. io. xx. Petrus & ioānes currebant
ad monumentum: ioānes uero agilior: & ꝓmptior cu
currit citius petro: & tamen legimus petrū primū mo-
numentū intraſſe. Spūaliter per monumētum dn̄i no
tatur ſacra ſcriptura: orig. ſuper euangeliū io. omel. i.
Monumentum inqt xp̄i eſt diuina ſcriptura diuinita-
tis: atq; humanitatis eius diuina myſteria: & denſita
te littere quaſi quadā muniunt petra per petrum uero
fides notat: unđ idem orig. ibidem cōparans gr̄am ui
ſionis datā ioanni fidei petri ait: cui talis ac tanta do
nata eſt gr̄a: ſicut ioanni. Et ſubdit: fortaſſis: qs dicet
ſūmo uertici apoſtoloꝝ: dico petro: qui domino īterro
ganti: quem ſe eſſe eſtimaret reſpondit. Tu es chriſtus
filius dei uiui: ſed non temere: ut opinor: quis dixerit.
plus

plus in typo fidei: & actiones q̃ ſcientie: & contempla
tionis petrum talia dixiſſe: per ioannem uero notatur
ſcientia: ſeu efficacia intellectus: un̄ orig. ibidem. Ioã
nes autem contemplationis: atq; ſcientie typum imitã
tur: ipſe ſiquidem recumbebat ſupra pectus dn̄i: qd̄
eſt contemplationis ſacramentū: igitur currunt ambo
ſcilicet fideſ et ſcientia ad intellectū ſacre ſcripture. Et
licet ſcientia: & intellectus acutiora ſint ad intelligen
dum: nō tamē ualēt prius fide intrare. Vn̄ idem orig.
ibidem. Ioannes currit citius petro: acutius nãq; atq;
uelocius intima diuinoꝝ apicum penetrat ſecreta uir
tus ɔtēplatiōis penitus purificate q̃ actionis adhuc
purificande. Verumtñ primo intrat petrus in monu
mentum: deinde ioannes at ſi ambo currunt: ambo in
trant. Petrus ſi quidem fidei eſt ſimbolum: ioannes ſi
gnificat intellectū: ac per hoc quoniã ſcriptū eſt. Niſi
credideritis: non intelligetis: neceſſario precedit fides
in monumentum ſacre ſcripture: deinde intrat intelle
ctus: cui per fidem preparatur aditus.

¶ De ſatiſſactione.

Sinite p̄uulos uēire ad me. mat. xix. Si qſ A
paruulos pueros cum ambulare incipiūt
primo uellet ultra eoꝝ debilem faculta
tem ad ambulandum coger̄: eos penit?
precipitaret: & forte ita lederet: ut ad id
nunq̃ apti eſſent. Spiritualiter ſi qs uel
let peccatores in primordio conuerſiōis
eoꝝ: quando. ſ. de peccato nuper per penitentiã ſe ad
gratiam tranſtulerunt exaſperare ad nimia onera pēi
tentie: utputa ad nimia ieiunia: ad graues ſatiſſactio
nis actus: uelut infantes: & infirmi deficerent: & for
te talis eſſet eorum caſus uerſus peccatum: ꝙ de peni
tentia ampliuſ non curarent. Ideo multum requiritur

confeſſorū diſcretio: ut ſatiſfactoriam penitentiam ſic mitem penitentibus ac diſcrete imponant: ut nequaq̄ inducant ad precipitiū penitentes: qui nuper ad chri-
Fig. ſti miſericordiam reuertuntur. Fig. geñ. xxxiii. ubi legimus ꝙ iacob redibat de meſopotamiam: unde fugerat afflictiones: & deceptiones labaꝫ: & ducebat liberos: & armenta: & familiam ſuam ſecum uerſus terrā natiuitatis ſue: cui occurrit eſau frater ſuus: & dixit illi. Pergamus ſimul: eroq; ſocius itineris tui: & reſpondit iacob. Tu p̄cedas: et ego ſequar te: ut ueniā prout nouero poſſe puulos meos. Nā ſi plus in ambulādo fecero paruulos tenellos & oues fetas laborare q̄ poſſint morienꝫ cūcti una die greges. Spūaliter iacob: q interpretatur ſupplantator denotat confeſſorem diſcretū: qui paruulos. ſ. peccatores purgādos ſibi commiſſos conatur educere de manu diaboli: & de mundi huius tentationibus: uerſus terram natiuitatis ſue. i. uerſus celum: propter quod nos deus creauit: & redemit. Cupit enim nos per uiam penitentie reducere ad chriſtū: ſed cum dilectione hominum: & uitioꝝ ſupplantatio
A ne. Eſau uero: qui interpretatur aceruus lapidum: denotat indiſcretum confeſſorem: qui onera grauia ſimꝫ uult imponere penitentibus teneritudiem penitentiū minime attendens: cum adhuc fetantes ſint: et graueſ ad ambulandum in uia dei propter longam in peccato moram: quam contraxerunt: peribunt per peccati recidiuum. Prudentius ergo: atq; diſcretius reducunꝫ leniter: q̄ aſpere: ne pereant cuncti greges. ſ. ꝯfeſſionis & contritionis. &c. unde criſoſtomus ſuper matth. Si enim faſcem ſuper humeros adoleſcentis: quem nō poteſt baiulare poſueris: neceſſe habet: ut aut faſcem ꝓiciat: aut ſub pondere confringatur. Sic & homini: cui
grauc

graue penitentie pōdus imponis: neceſſe eſt: ut aut pe nitentiam reiciat: aut ſuſcipiens: dum ſufferre non po teſt: ſcandalizatus amplius peccet.

VEnite ad me oēs: qui laboratis: mat. xi. No. ꝙ qui exiuit mare: in quo paſſus eſt tempeſtatem: etiā cum peruenit ad litus uidet̄ q̄ſi moueri motu ſolito ꝓut moue batur in mari: uel naui: uñ neceſſet i tu to uadēs periculoſa itinera rupium ſine iuuamine perſone adherentis ſibi. Nam in paſſu peri culoſo poſſet cadere: ideo tutius eſt eos ꝑ uiam planā ducere: licet longiorem: q̄ per aſperam. Sp̄ualiter pec catores nuper ad penitentiā de pc̄tō exeūtes comparā tur his: qui nauigio de procellis tempeſtatis maris per uenerunt ad littus. Non. n. debent incontinenti duci ad altas rupes: & aſperas per ipoſitionem maxie abſti nentie: & auſteritatis: ne percipitent̄: ſed ducendi ſunt per uias planaſ quouſq; fantaſmata motuū maris eua nuerit. i. quouſq; de cordibus eoꝝ totaliter euaneſcat delectatio: quā habuerunt in prauis actionibus. Fig. exo. xiii. ubi legimus: ꝙ cū pharao dimiſiſſet filios iſ rael de egypto exire: plagatuſ non duxit eos moy. per ui ā terre philiſteorum: que uicina erat. Et hoc quia ti mebat: ne forte peniteret populum: ſi uidiſſet aduer ſum ſe bella conſurgere: & reuerterentur in egyptum. Spiritualiter per moy. ſubaudi confeſſorem diſcretuꝫ qui populum exeuntem d' egypto: pharaone plagato ſubaudi peccatoreſ ad penitentiam redeuntes percuſ ſo diabolo plagis contritionis: et confeſſionis. Non er go diſcretus confeſſor peccatores immediate confeſ ſos ducere debet ad alta certamina penitentie: ſed pa ulatim expedit per deſertum penitentie reficiendo mā

nna uerbi dei: ducere debet de manſione in manſio/
nem: ideſt de uirtute in uirtutem: quouſque ſolidati
in gratia fortiores effecti ſint: ut hoſtes aggredientes
uincere poſſint: & terram ꝑmiſſionis: ideſt celeſtē pa/
triam ſuperando: ſtia ualeant obtinere. Nam cum in
cipiunt appropinquare terre ꝑmiſſionis per cōtempla
tionem: tunc illa inebriati dulcedine fortius dimicāt.
unde gre. xxiiii. mor. ſupradicta uerba tractans ait:
Ex egypto itaq; filii iſrael exeūtes ex uicino bello ſub
trahuntur: quia derelinquentibus ſeculum quedam
tranquilitas prius oſtenditur: ne nimia ſua teneritudi
ne aut inchoatiōe turbati: atq; territi redeāt ad illud
quod euaſerunt: prius igitur ſuauitatem ſentiunt: ſe
curi prius pacis quiete nutriuntur. Poſt cognitā uero
dulcedinem tāto iam tolerabilius tentationum certa
mina ſuſtinent: q̄to altius cognouerunt ꝙ ament.

C REdde qđ debes: matth. xviii. Lex ꝑcipit: ut
per que homo offendit: per eadē torqueatur
unde ſcriptum eſt leu. xxiiii. dentem ꝑ dente.
Spiritualiter hoc idem ſuo modo exigit lex
diuia: ut deo ſatiſfaciat per illa: que in deum peccarūt
homo namq; componitur ex duobus: ſcilicet ex ſpū:
& corpore: ideo dupliciter peccauim⁹ cōtra deum: ſci
licet aut ſpiritualiter: aut corporalit: lȝ ſepe: & ut plu
rimum utroq; modo ſimul peccemus: debet igitur du
plex ſatiſfactio: ſcilicet ſpū: & corde. Satiſfactio ſpūs
eſt orō: ſatiſfactio corporis eſt ieiuniū: & cordis mace
ratio: & hoc modo bn̄ ſatiſfacit qui deliq̄t: cum hec
Fig. duo fiūnt. Fig. leu. ubi legimus in multis locis: ꝙ ac/
ceptū ſacrificiū fiebat de aiali ruminante: & ſcindēte
